

LIBR
STAVS




P l


Sammelband

45

+







9.

DISSERTATIO
IN AVGVRALIS IVRIDICA

SISTENS
IVS PVBLICVM HASSIACVM
HODIERNVM

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
WILHELMO HENRICO
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
WESTPHALIAE COMITE SAYNAE ET WITTGEN-
STEINII RELIQUA

PRAESIDE
DN. IO. GEORGIO ESTOR
CONSILIARIO AVLICO PROF. IVRIS ORDIN. TRIBVNALIS SERENISS.
SAXONIAE DVCVM QVOD IENAE EST FACVLT. ICTORVM
ITEMQVE SCABIN. COLLEGII ADSESSORE
PATRONO AC PRAECEPTORE PIE COLENDO
PRO GRADV DOCTORIS

D. NOV. A. O. R. CIOCCXXXIX.
H. L. Q. C.

ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR

IO. PHILIPPVS HAGEMANN

ADVOCAT. ORDIN. SCHWARZE. RVDOLSTAD.

IENAE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI

DISSEMINATIO
IN ANTIQVAE IURIS
SISTENS
IUS PABLICVM HASSIAVICVM
HODIERIVM

CLAVS
REGTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINO
WILHELMO HENRICO
DUCIS SAXONIAE TYLICAE CIVITATIS MONTIVM ANGRARIAE
WESTPHALIAE COMITIS SAVARIAE ET WITTENBERGAE
STERNI REGIAE

PRACEDIT
DNI IO. GEORGIO FORTIS
DOMESTICO ALIIQVE PROPTER VIRTUTES ET MERITA PRAE
SACROSANCTAE ECCLESIAE SACRISQUE THEOLOGICAE FACULTATIS
IURE PRAELECTO COLLEGGII ALBERTINI
PATRONO AC PRAELECTO VICE-RECTORI
PRO GRADU DOCTORIS
H. L. C.
EXAMINI SUBMITTIT
AVCTOR
IO. PHILIPPUS HAGEMANN
ALBERTINI REGIAE UNIVERSITATIS
HABET PRAELECTUS IO. HENRICHUS REITZEL



CAPVT I.
DE
HASSIA ET REGIONIBVS EI HODIE
ADNEXIS.

S T N O P S I S.

- §. I. **H**assiae amplitudo. *Diuiditur in Cassellanam et Darmstadinam partem. Enumerantur prouinciae ac regimina utriusque domus. De regionibus, quibus fruuntur principes apanagiati, infra dicitur.*
- §. II. *Situs Hassiae. Errores geographorum.*
- §. III. *Situs Hassiae civilis consideratur, quod nempe circulo rhenano superiori accenseatur. De suffragiis Hassorum in circulo. De rata portione illorum secundum matriculam. De munere des crays-obristen.*
- §. IV. *An Hassia ad Franconiam sit referenda, et ad quem vicariatum spectet?*



§. I. **D**e Hassiae prouincia, eique adnexarum regionum magnitudine, situ, ac finibus multa, hic proferre non attinet, nec instituti nostri ratio id permittit. Sat est obseruasse, quod Hassia, et prouinciae cum ea coniunctae tam late excurrant, vt ea inter amplas Germaniae prouincias iure merito numeretur.

I. Hassiae vero hodiernae provinciae inter duas potissimum stirpes diuisae sunt, Castellana videlicet et Darmstadinam. Ad primam quod attinet, linea Castellana possidet principatum, Hassiae inferioris, cui praepositum videmus regimen, *eine landes-regierung* vulgo vocant, quod Castellis degit. Dein ad domum Castellanam pertinet pars superioris Hassiae, quo praecipue referendum est Marburgum, vbi peculiare regimen (*eine landes-regierung*) constitutum, cui parent praefecturae principatus superioris Hassiae, vulgo *des hoves Marburg*, ditionis Castellanae. Ad Castellanos quoque spectat pars comitatus schaumburgensis, quae regitur cancellaria, Rintelii stabilita. Tandem ad regiones Castellanae domus spectat quoque abbatia, nunc principatus hersfeldensis. Eadem stirps pariter gaudet parte terrarum hennebergicarum, Smalcaldia nimirum, vrbe et dynastia, nec non in Hassia ipsa comitatus ziegenhainensis maxima parte.

II. Stirpis vero Darmstadiniae landgravius magnam possidet partem principatus superioris Hassiae, cuius praefecturae parent regimini, *der landes-regierung*, Gissae constituto, quo etiam pertinent comitatus niddensis et dynastia Itter. Eidem darmstadiensi landgrauio paret comitatus cattimelibocensis superior, terraeque epsteinensis pars. Regimen, *die landes-regierung*, harum ditionum Darmstadii est stabilitum. Errat igitur b. BVRG. GOTTH. STRVV in *der einleitung zur wissenschaft der staaten von Deutschland* p. 136. §. 170. qui, regimen comitatus cattimelibocensis Gissae esse constitutum, docuit.

III. Hassia superior continet principatum ad Lanum, comitatum cattimelibocensem, qui diuiditur in superiorem et inferiorem. Dein Hassia, quam dixi superior comprehendit partem Wetteraviae, comitatum Niddae, dynastias Lisberg, Itter et Epstein cetera. Hassia inferior complectitur principatus Hassiam et Hersfeldiam, comitatus Ziegenhainam, Reichenbacum et alios, dynastias Franckenstein, Naetter, Pleffe, Sconenberg, Gleichen et partem comitatus Schaumburg, reliqua.

§. II.

Situs quidem Hassiae et eidem adnexarum prouinciarum neminem facile later, qui geographiam vel primis, vt vocant, labris degustauit. Sed in eo, vtrum hoc illudue oppidum, pagus hic vel ille Hassiae superioris sit Castellanae, an vero Darmstadiniae ditionis? mire et grauiterrè errare geographos obseruamus.

§. III.

Si diuisionem germaniae in circulos, quae hodie in iure publico maximi est momenti, introspicimus; constat inter omnes, quod Hassia circulo Rhenano superiori adnumeretur.

I. Domus

I. Domus Castellana in comitiis circuli nomine habitis, intuitu Hassiae vnum fert suffragium in ordine principum; *der weltlichen fürsten-banck*, altero autem gaudet ratione Hersfeldiae. Landgravius Darmstadinus suum suffragium in loco eodem, *der fürsten-banck*, intuitu Hassiae superioris fert. Ratione Isenburgi et Budingae idem landgravius Darmstadinus suffragium dicit in ordine comitum, *der grafen-banck*, circuli rhenani superioris. Praeterea stirps Castellana bis in suffragium vocatur ob accessiones provinciae hano- uensis atque intuitu dynastiae plessensis. Inter comites circuli weffalici princeps Castellanus intuitu comitatus Schaumburgici suffragium fert. Nec hoc praetermittendum, quod landgravius Castellanus, Smalcaldiae intuitu, inter comites circuli franconici suffragii iure gaudeat.

II. Magna vero landgraviorum Hassiae in rebus circuli est auctoritas, et ingens ac strenua inde circulo immo salutis imperii, accedit auxilium. Nam, ut hoc saltem recentibus aliquot exemplis illustrem, CAROLVS, landgravius, foedus cum principibus, comitibusque weterauicis, et westerwaldensibus inuit anno CIO IOC LXXIX. uti manifestum est e tabulis foederis anno CIO IOCLXXIX. datis apud D. IO. ADAM KOPP in *der abhandlung von der association der reichs-crayffe* n. IX. p. 22. *der beylagen*. Idem quoque, vna cum circuli franconici statibus, foedus defensionis causa pepigit, teste eodem n. XIII. p. 49. Ceterum domus Castellana in bello, quo nuper imperium infestabant Galli, CIO CCLX. pedites auxilio misit, loco scilicet trium, ut vocant, simplorum. Landgravius autem Darmstadinus exercitum imperii IO CCCC. pedibus, loco trium simplorum, auxit, teste IO. ADAMO KOPPIO l. c. p. 114. Si enim matriculam imperii veterem consulas, tunc landgravium Hassiae iuniorem ad XLII. equites et CLXVII. pedites, Wilhelmum landgravium, seniorem, XVI. equites ac LXIII. pedites, Wilhelmum medium vero ad XVI. equites atque LXIII. pedites, imperio mittendos, fuisse obligatos legimus. Postea Philippus landgravius XL. equites et CCLX. pedites ad- duxisse reperitur. Dein ADAM CORTREIVS p. 62. memoriae prodidit, quod Hassiae landgravi L. equites et CCLX. pedites imperio mittere auxilio debeant. Idem legitur p. 176. et computantur milites per mensem CIO IOC XL. florenis. Ad camerae imperialis sustentationem quotannis soluuntur a domo Castellana, intuitu Hassiae, CCCCLXXII. numi vnciales LV $\frac{1}{2}$ cruciger., ratione comitatus cattimelibocensis XXV. numi vnciales et LXXIX. crucigeri, intuitu Smalcaldiae XIX. vnciales, VIII $\frac{1}{2}$ cruciger., ratione Schaumburgi CL. vnciales, LXXXVI $\frac{1}{8}$ crucig., ratione dynastiae Pless VIII. vnciales IX $\frac{3}{4}$ cruciger., intuitu Hanouiae et Münzenbergae CLX. vnciales, XXV $\frac{1}{2}$ cruciger.; a domo autem Darmstadina accipit camera CCCXIII. numos vnciales, XVIII $\frac{1}{8}$ cruciger.; et intuitu Isenburgi XXV. vnciales ac XXXIII $\frac{3}{4}$ cruciger. Ceterum nuper defunctus landgravius Darmstadinus gessit munus *des craysf- obristen*. Vide b. WILHELM. LVDOV. DE MASKOWSKY

6 CAP. I. DE HASSIA ET REG. ET HODIE ADNEXIS.

considerationes über den in dem ober-rheinischen crayß sich demahlen rührenden puncten wegen der wiederbestellung des crayß-obvisten-amts, vnd dessen vermurthlichen auftrag an des ertzregierenden herrn landgrafen zu Hessen-Darmstadt hochfürstl. durchl. apud IO. CHRISTIAN. LÜNIG in scriptis selectis illustribus p. 345-386.

§. IV.

Nunc se offert quaestio: vtrum Hassia ad Franciam orientalem pertinuerit olim, nec ne? Negat D. IO. FRIDERICVS KATSER in disputatione *de Hassia ab antiquo a ducum subiectione libera*, Hassiam ad Franconiam pertinuisse.

Quidquid demum sit, hoc est certum, nonnullas ditiones Hassiae inferioris ad Saxoniam veterem, non hodiernam, quondam spectauisse, prout hoc docuit PRAESES in *originibus iuris publici Hassiaci* capite I. §. V. p. 18. 19. Interea IO. GE. AB ECKHART in *historia Franciae orientalis* tomo I. p. 377. Hassiam ad Franconiam pertinuisse contendit. Ex quibus facile altera quaestio decidi potest: ytrum nempe Hassia ad vicariatum Saxonieum, an vero ad vicariatum Palatinum sit referenda? Sane heic mirifice variant inter se auctores et nunc huic, nunc illi vicario Hassiam attribunt. MICH. HENR. GRIEÑER, vti semper, ita et hac in parte electoris Saxonis causam strenue defendit, et ad vicariatum Saxonieum pertinere Hassiam adfirmavit in *opusculis iuris publici* tomo II. sect. III. §. 44. Ab eius partibus quoque stare videas, praeter IOANN. LIMNAEVM in *iure publico* libro III. capite XII. §. 14. auctorem *der historischen nachricht von reichs-vicariaten* p. 15. compilatorem iuris feudalis alemanniçi, capite XLII. Verum enim vero IVST. SINOLT dictus SCHÜTZ, IO. THEODORVS SPRENGER, HENRICVS DE COCCENI et IOAN. FRIDER. PFEFFINGER Hassiam Palatino vicariatu adnumerant. Confer *die erklärung des land-friedens zu Nürnberg de anno 1522. et recessum imperii Augustanum de anno 1500. §. der vierte crayß* cet. Adde *die ausführliche nachricht vom interregno* p. 38. Cum quibus etiam praxis consentit.

* * *
CAPVT II.

DE
VARIIS HASSIAE ACCESSIONIBVS ETIAM
QVOD AD VTRVMQVE PROGENIEM TAM CASSEL-
LANAM QVAM DARMSTADINAM.

CONSPECTVS CAP. II.

§. V. **D**E accessionibus Hassiae
exiguis heic non agitur. An Cassellae et Kauffungum
palatia regia fuerint? §. VI. De

- §. VI. De parte principatus Nordheimensis ad Hassos deuoluta.
- §. VII. Post obitum dynastarum de Iter, horum regionis Hassi potuntur.
- §. VIII. De Smalcaldia et vicinis locis nonnullis.
- §. IX. Comitatus Ziegenbain et Nidda, dominium directum comitatus Waldeck, dein satrapia Gleichen, tres partes Butsbaci cum aliis, ad Hassos perueniunt. De ministerialibus comitum Ziegenhainensum et iure circa sacra.
- §. X. Comitatus Cattimelibocensis. Singularia de illo.
- §. XI. De comitatu Deciae, dubia, quae heic supersunt.
- §. XII. E palatini ditione quaenam Hassiae accreuerint?
- §. XIII. De dynastia Plesse. Singularia de illa.
- §. XIV. De praefectura Kelscherbach vulgo Keltersbach.
- §. XV. Accessiones, quas prosapia Castellana Ameliae Elisabethae debet. Huius elogium e Labardaco et Vassore.
- §. XVI. a) Portio hereditatis Marburgensis controuersa accurate descripta. Obseruatio de Rosenthalio.
- §. XVII. b) Abbatia Hersfeldensis. Singularia de illa.
- §. XVIII. c) Pars comitatus Schaumburgici. Quaedam de hoc. Obscuritas pacis Westphalicae.
- §. XIX. Postulata Ameliae Elisabethae tempore negotii pacis Osnabrugensis.
- §. XX. d) Prouincia Hanouensis Mintzenbergica. Quaedam de controuersia inter Wilhelmum landgrauium, Darmstadinos, et sedem Moguntinam.
- §. XXI. e) De feudis quibusdam Caribiorum controuersis.
- §. XXII. Accretio ditionum Lichtenbergicarum, quam adeptus est dominus Darmstadtina.
- §. XXIII. De portione inferioris comitatus Cattimelibocensis ac hereditatis controuersae Marburgensis.

§. V.

DE tenui hac vel illa Hassiae accretione operae pretium vix esse videtur, vt heic agam.

Qui enim vulgares libellos nempe excerpta chronicorum Riedeselianorum aliosque, item WILH. SCHAEFERI dicti DILICHI, nec non IO. IVSTI WINCKELMANNI commentarios de rebus Hassiacis, euoluit, ea incrementa facili negotio animaduertet. CHRONICON GOTTWICENSE tomo II. p. 464. Castellum, hodie Cassel, ciuitatem siue castrum regum saxoniorum in pago Hessorum vocat. Henricus II. imperator teste ANNALISTA SAXONE ad annum c10 xv. apud IO. GE. ECCARDVM p. 434. interdum ibi commoratus. Imperator, ait, haec agnoscens a Mersburg discessit, et proximos ro-

gationum

gationum dies in Capungun (Kauffungen) fuit, quo ipse curtem suam de ciuitate sua Castellum dicta transfudit. An vero Castellae, vt CHRONICON, quod dixi, GOTTWICENSE, vult, sedes landgrauiorum thuringiae fuerit; de illa iam non dispiciam.

§. VI.

Ego vero accrementa Hassiae, quae alicuius momenti mihi sunt visa, strictim percensebo. Anno cIo cclxiv. Albertus magnus brunsvicensium dux captus erat ab Henrico illustri Misniae marchione. Is lytri loco huic cessit oppida Eschwegam, Allendorffium et Wizenhufam, vna cum castris Furstenstein, Arnstein, Wanfried et Oldendorff. Hanc principatus Nordheimensis egregiam partem Henricus illustris postea tradidit Sophiae Brabantinae huiusque filio, Henrico infanti.

Vide IO. FRIDER. PFEFFINGERI *bistorie des Braunschweig-Lüneburgischen hauses* tomo I. p. 128. 129.

§. VII.

Anno cIo ccc llii. domus hassiaca dimidiam partem dynastiae Itter, quam feudi iure dynastae itterenses ab Hassiae landgrauis acceperant, publicabat, possessoresque, ob parricidium, in agnatum commissum feudo priuabat.

Altera pars, quae feudum Moguntinum erat, ob eandem rationem, ab archiepiscopo Moguntino occupata, Hassis vendebatur. *Lege excerpta Riedesliana* p. 21. et IO. IVST. WINCKELMANNVM l. c. p. 236. Ceterum de his dynastis consulas velim diplomata apud dn. PRAESIDEM parte IX. *der kleinen Schriften* p. 41. sqq.

§. VIII.

Henricus landgravius et Elisabetha, vidua Ioannis Hennebergici, Smalcaldiam cum aliis anno cIo ccc xxx. acquisierunt.

Audiamus hac de re CYRIACVM SPANGENBERG in *der Hennebergischen chronick* libro V. capite XIII. p. 202. Anno 1360. hatt diese wirtubin (Elisabeth) geborne landgräfin von Leuchtenberg vnd gemabl fürsten Jobanns zu Henneberg

enberg) neben landgrafen Heinrichen zu Hessen, und dessen sohn Otten, von burggrafen Albrechten zu Noernberg und dessen gemabl frauen Soppien ibres verstorbenen herrn brudern tochter das amt Schmalkalden hauss und stadt, und Schariffenberg halb, auch die vogtey zu Herrenbreitungen und das Gerichte und halben zehenden zu Bentzhausen für viertausend dreyhundert goldgulden abgekauft: wie burggrafen Albrechts und seiner gemabl darüber gegebener kauffbrieff ausweist. Aus welchen kauff hernach über 120. iahr viel haders entstanden, zwischen den landgrafen zu Hessen und den iungen herren zu Henneberg f. f. Wilhelmen, Wolfgang Poppen und Ernst, der jagen und geistlichen lehn halben, welche die landgrafen vermeinten mit erkaufft zu haben. Quum vero Georgius Ernestus vltimus stemmatis Hennebergici mas anno cIoLXXXIII. sine prole decederet, atque stirpi Hennebergicae finem faceret, secundum pactum successorium potiti sunt Hassiae landgrauii finalcaldensium et reliquorum, quae cum Hennebergicis communiter hucusque possederant. CHRIST. IVNCKER p. 47. der anleitung zur geographie der mittlern zeiten haec loca ad Hassos deuenisse commentatur: Schmalkalden, stadt und amt, Hallenberg, schloß und amt, Broteroda, flecken und vogtey, Herrenbreitungen, schloß und vogtey.

§. IX.

Comitatus Ziegenhainensis et Niddanus circa annum cIoCCCC XLV. ad Hassos deuoluebantur.

Compara dn. PRAESIDIS *origines iuris publici Hassiaci* capite VII. §. 69. Nam hos titulo oneroso adquisiuit Ludouicus I. landgrauius hac lege, vt comites regiones suas Ziegenhainensem et Niddanam feudi iure ab Hassiae landgrauis obtinerent. Dein pactum accessisse videtur, vt, quam primum mascula stirps comitum Ziegenhainensium foret extincta, Hassiae landgrauii ipsis succederent, teste dn. PRAESIDE in *originibus iuris publici Hassiaci* l. c. Quum vero familia Ziegenhainensium post obitum Iohannis comitis reuera exstingeretur; Hassi comitarum occuparunt. Equidem Hohenloici comites Ziegenhainensem comitatum esse suum, multo nisi contendebant. Ast hi, si fides habenda IO. IOACH. MÜLLERO *im reichstags-theatro Friderici V. sechster vorstellung* capite XI. p. 53. contenti fuere nouemdecim millibus florenorum. Interea Fridericus III. imperator feuda haec imperio aperta esse affirmabat, teste MÜLLERO l. c. p. 52. 53. Qui plura desiderat, adeat FRIDER. LVCAE *uralten grafen-saal* p. 795. 808. qui verbosus quidem, sed minus adcuratus. Tandem, comitibus Wormatae anno 1495. habitis, sententiam secundum Hassos dictam, referunt complures, et inter eos IO. WILH. IMHOF *notitia procerum imperii* tomo I. p. 317. item SELECTA SENCKENBERGIANA tomo III. p. 423. Niddensem quoque prouinciam et dynastiam Lisberg iure accessionis pariter cum Ziegenhaina Hassi sunt adepti. De ministerialibus comitum Ziegenhainensium egit dn. PRAESES parte I. *der kleinen schriften* B p. 198. sq.

p. 198. sq. ac de ipsorum in sacris iure, collectione VI. p. 421. sqq. *annalorum Hassiacorum* IOAN. PHILIPPI KVCHENBECKERI. De comitatibus Waldeccensi, anno c15 cccc xxxviii. Hassiae landgrauio Ludouico, ac Ritbergenii anno c15 cccc xlviii. Hassis feudi lege oblati; de domo et satrapia Gleichen anno c15 ccccll. a Ioanne et Ernesto fratribus in Vslar Hassiae vendita, iam non dicam. Postea Henricus landgravius anno c15 cccc lxxviii. nactus est partem quartam oppidi Butisbaci, quam iure successione a Philippo comite Cattimelibocensi ipse obtinuerat, qui illam cum pagis Oftheim, Hohenweifel, Langenhein, Münster, Faurbach et Berckhoffen a dynastis Epfsteinensibus emerat. Partem Butisbaci Koenigsteinem Ludouicus landgravius anno c15 15 xcvi. ab archiepiscopo Moguntino emtionis titulo acquisiuit.

§. X.

Accessio comitatus Cattimelibocensis Hassiacas regiones magno incremento locupletauit. Sed non exiguae lites cum Nassiois inde Hassis sunt enatae.

Argumenta pro successione Hassiae landgraviorum legere poteris in IOACH. MÜLLERI *reichstags-theatro FridERICI V. sechster vorstellung* p. 54. sqq. et *im reichstags-theatro Maximiliani I. zweyter vorstellung* capite LXVIII. p. 599. sqq. Adde pariter dn. PRAESIDIS *origines iuris publici Hassiaci* p. 114. Ad hanc litem, quae ultra quinquaginta annos durauit cum Nassiois, intelligendam, quoque faciunt celeberrimarum per germaniam academiarum responsa, ex quibus Nassioiensium errores et landgrauii Hassiae defensionem ostenduntur 4to.

Probatio defensionis ex iure pro landgrauii Hassiae aduersus Nassioensium, aduocatorum responsa de petitione hereditatis alauidialis, Francof. 1554. 4to. *Urtheil in consilio imperiali publiciret zu Augspurg 1551. in sachen Philippsen landgrafens zu Hessen vnd Wilbelms grafens zu Nassau, Augspurg 1551. 4to.* Quatuordecim Ictorum responsa hoc de argumento leguntur tom. III. responforum p. 92. 124. 134. 139. 145. 161. 169. 182. 196. 203. 206. 207. 214. 223. quae Francofurti ad Moenum anno c15 15 lxxxix. prodierunt. Complura, sed more suo, hoc est parum adcurate, de comitibus Cattimelibocensibus memoriae prodidit FRIDER. LVCAE I. c. p. 175-203. Comitatu superiori accensent: Darmstadt, Rheinheim, Zwingenberg, Rüsselsheim, Pungstatt, Liechtenberg, Dornberg, Gerau, Trebur, Hofheim, das kloster, cet. Ad comitatum inferiorem referunt: Rheinfels, S. Goar vulgo Sangewebr, Braubach, Hobsstein, Catzenelnbogen, alt- und neu-Goarshausen, schloß Reichenbach, Nastede, langen Schwalbach, kloster Gruna, cet. Vide CHRISTIAN. IVNCKERVM I. c. p. 571.

§. XI. De

§. XI.

De comitatu Deciae dubii sunt nonnulli: an de eo quaedam ad Hassos per transactionem cum Philippo magnanimo peruenerint, nec ne?

I. Auctor est IO. TEXTOR capite XI. §. 25. p. 103. *der Nassauischen Chronick*, quod anno 1515 LVII. controuersia inter Hassos Nassouicosque Francofurti ad Moenum auctoritate Ortonis Henrici, comitis palatini et Augusti Saxonis, electorum, Wilhelmi Iuliacensis et Christophori Wirrenbergici hoc modo sit composita: *Im Jahr 1557. den 13. Junii (al. 30. Iulii) ist dieser langwierige streit, wegen der graffschafft Catzenelnbogen endlich zu Franckfurt am Mayn, vermittelst etlicher des heiligen römischen reichs hochanschenlicher, fürnehmer ebur- und fürsten, nemlich hertzog Otto Henrichs, pfaltzgrafen bey Rhein cet. hertzogen Augusti zu Sachsen cet. beyder eburfürsten: pfaltzgrafen bey Rhein cet. hertzog Christophs zu Württemberg cet. glücklich vnd wohl hin vnd beygelegt, auch gantz vnd gar also verglichen worden: das nachdem alle definitive vnd executoriales, so für die grafen zu Nassau cet. publicire vnd ausgegangen, cassirt vnd aufgehoben, bey landgraf Philipsen zu Hessen cet. vnd dessen erben, alle den grafen zu Nassau-Dillenburg vnd Breda cet. zuerkannte städte, schlosser vnd gütern (die graffschafft Dietz allein ausgenommen) auch andern beweg- vnd unbewegliche sachen gelassen werden: hochwohlgedachter landgraf aber dert tausend goldgülden oder sechs tonnen goldes erlegen, vnd zahlen, die graffschafft Catzenelnbogen dem landgrafen allein, die titul aber beyderseits gemein seyn vnd bleiben: also das die grafen zu Nassau-Dillenburg, ob sie schon nicht viel in der ertzgedachten graffschafft übrig hätten, doch auch grafen zu Catzenelnbogen: die landgrafen zu Hessen aber, ob sie wohl auf die graffschafft Dietz gänzlich verzichen, doch gleichwohl grafen zu Dietz genant, vnd dessen tituls: über das der beyden graffschafften Catzenelnbogen vnd Dietz Wapen beyderseits sich auch gebrauchen solten.*

II. Verum enim vero IO. IVST. WINCKELMANN l. c. p. 123. Embs, Reichenberg, Nastede, Hohenstein aliaque loca comitatu Decienti accenset. Immo PHILIP. ANDR. OLDENBURGER libro III. capite XI. §. 7. p. 414. *Linnaei emendati rem ita refert: das landgraf Philips den grafen zu Nassau 450000. guldern erlegen, einen theil an der graffschafft Dietz ihnen uberlassen, vnd die grafen zu Nassau sich auch grafen zu Catzenelnbogen vnd Dietz schreiben solten. Wann auch erwan das haus Hessen ohne manns-erben abgeben solte, sollte entweder die ober-oder aber die unter-graflschafft Catzenelnbogen dem hauss Nassau heimfallen, oder aber ihnen davor von den erben des hausses Hessen 300000. fl. erlegt werden.* Alia narrat IO. SLEIDANVS et FRID. LVCAE l. c. p. 198. CHRIST. IVNCKER l. c. p. 573. *Historiam comitum Deciae texere conatus est LVCAE l. c. p. 926-930.*

B 2

§. XII. Wil-

§. XII.

Wilhelmus Hassorum princeps anno 1010 v. ob sumtus bellicos, quos auctoritate caesaris erogauerat, quaedam loca, quae palatino hucusque paruerant, accepit.

Erant illa Cuba, Rheinheim, Schönberg, Odernheim, Homburgum ad montes, Vmstatt oppidum et arx Utzberg cum praefectura Stein et Bickenbach. Vide CAR. LVDOV. TOLNERI *historiam palatinam* p. 102. Noli autem tibi persuadeas, ac si cuncta haec loca in Hassorum potestate remanserint, siquidem hodie non omnia reperiuntur sub potestate Hassorum. Si IO. IVSTVM WINGKELMANNVM l. c. p. 95. sqq. euolues, is tibi loca, quae Hassis adhuc parent, indicabit.

§. XIII.

Quum anno 1010 LXXI. Diatericus dynasta Plessensis, gentis suae vltimus, viuis excessisset, hanc satrapiam, intermortuo vasallo, feudi lege Wilhelmus Hassiae landgravius ad se, vnde exierat, cum omni iure rediisse contendebat.

Contradicebant quidem Brunsvicenses duces, vt memoriae prodidit IOACH. MEIER in *originibus et antiquitatibus Plessensibus* p. 78. sqq. Litem quoque Hasslo mouebat Daniel, archiepiscopus Moguntinus, ratione aduocationis monasterii Steinae. Verum, perhibente GEORG. CHRISTIANO IOANNIS tomo I. *rerum moguntiacarum* p. 878. res ista est composita, vt Steina, monasterium, aduocatio item, tamquam feudum caducum, vna cum omni iure cedat archiepiscopo: decimae in tractu vici Bouenten, Plessensibus a sede Moguntinensi iure clientelari olim concessae, bonaque alia, sint Wilhelmi. GOTTFR. WILH. DE LEIBNITZ in *introductione* ad tomum I. *scriptorum rerum Brunsvicensium*, „sed et plessense castrum, inquit, prope Göttingam „Immedingiorum fuit, seu Witikindeae stirpis, et ad paderbornenses per „Meinwercum scribitur ab auctore eius vitae; - - - extincta eorum familia Wilhelmus Hassiae landgravius - - cum coenobio Hockelem, Immedingiorum ibidem antiquo patrimonio, sibi vindicauit. „ Vide CHRIST. IVNCKERI *anleitung zur geographie der mittlern zeiten* p. 415. Interea Wolfgangus, dux Brunsvicensis in Grubenhagen, praefecturam Radolfschaufen cum omni caussa occupauit, testibus IOACH. MEIERO l. c. p. 230. et IO. FRID. PFEFFINGERO parte I. *der historie des Braunschweig-Lüneburgischen hauses* p. 586. Loca, Hassis subiecta, describit IO. IVST. WINGKELMANN loc. cit. p. 321.

§. XIV. Prae.

§. XIV.

Praefecturam Kelsterbach ab Henrico Isenburgico, quem alienatorem vocant, accepit anno 1100 c. Ludouicus fidelis, Hassiae landgravius.

Rem ex instituto enarrauit adcurate D. IO. ADAM KOPP in *hystoria Isenburgica*, quae in manuscripto latet adhuc. IO. WILH. IMHOF I. c. tomo I. p. 527. §. V. Henricus, inquit, Tribernatem ditionem, *die Dreyreich*, procul Francofurto distitam, et completentem pagos: Langen, Moerfeld et Egelsbach, Hassiae landgrauis pro summa 356177. florenorum vendidit.

§. XV.

Tempus est, vt nunc accedamus ad lautas accessiones, quas Hassia debet mirae prudentiae heroidis incomparabilis Ameliae Elisabethae, sexus sui ornamenti summi. Tametsi verohuius memoria ex animis Hassorum non facile discedet; attamen, quo laus eius testator fiat, non possum, quin virtutes eius paucissimis hic commemorem. Malo interea hoc verbis aliorum potius, quam meis peragere. Loquatur ergo

IO. LABARDAEVS in *commentario de rebus gallicis*: „Amelia, inquit, Elisabetha Hassiae landgrauia, quae per filii pueritiam in principatus procuratione erat - - principem feminam deceant, virtutibus ornata, quae sola ex multis germaniae principibus in foedere, et belli societate cum Gallis, Suecisque permanfit, quam ceteri metu aut fluxa fide vsi, deseruere. „ Audiamus quoque MICH. LE VASSOR dans *l'histoire du regne de Louis XIII.* tom. IX. part. I. p. 526. „Jamais princefle ne se conduisit plus habilement qu'Emilie. Elle menage avec prudence les habitans. - - Je trouve une circonstance fort remarquable dans l'histoire du maréchal de Guébriant. „ Je la rapporterai sur la bonne foi de l'auteur exact et judicieux. Le duc de Weymar Bernard, dit il, pensoit a se rendre chef d'un parti independant en Allemagne. Après la mort du landgrave de Hesse, il tenta d'epouser la veuve de ce prince. Les propositions furent fort avancées et peu s'en fallut qu'on ne vit alors un contract de mariage tout militaire. La landgrave apportoit en dor vingt mille hommes qu'elle avoit sur pied, tant en campagne qu'en garnisons. „ Ceterum noli hanc Ameliam Elisabetham cum BYRC. GOTTH. STRUVIO p. 133. §. 131. *der einleitung in die wissenschaße der staaten von Deutschland*, vocare Mariam Elisabetham.

§. XVI.

Huius Ameliae inquam curis atque consiliis factum est,

B 3

vt

vt domus Castellana principatus Marburgensis portionem obtineret sequentem:

Eine quarta totius hereditatis, welche nach dem anschlag von a. 1605. beträgt 25565. fl. 16. alb. $3\frac{1}{8}$ heller, darunter aber Limburg, Vmstadt und $\frac{1}{3}$ Wein zu Braubach nicht begriffen.

Ferner soll Hessen-Cassel haben von der andern quarta 5000. fl.

Summa 30565. fl. 16. alb. $3\frac{1}{8}$ heller.

Item gegen Braubach Casselischen theils und das kirchspiel Catzenellbogen, darbey das schloß und gebäu zu Braubach ictzo so wenig als hiernächst bey der wiederaustaufchung in einigen anschlag kommen, noch anderer gestalt, als nach den ictzo gebrauchten anschlagen beschriben soll, so obngefehr erträgt, wie der anschlag, welcher bey dem kirchspiel Catzenellbogen ictzo ermangelt, folgendt richtig geben wird, 1800. fl.

Summarum 32365. fl. 16. alb. $3\frac{1}{8}$ heller.

Dießelbige hat Hessen-Cassel bekommen an schloß, stadt und amt Marburg mit Kirchhain	14210. fl. 1. alb. $2\frac{3}{8}$ heller.
Schwan daselbst	93. fl. 20. alb.
Stadt und amt Rauschenberg	3416. fl. 13. alb. 1. heller.
Gericht Schönstein	297. fl. 18. alb. $5\frac{1}{4}$ heller.
Stadt und amt Wetter	3075. fl. 19. alb. $\frac{1}{2}$ heller.
Stadt und amt Franckenberg	3906. fl. 21. alb. 4. heller.
Viermünden	191. fl. 13. alb. 7. heller.
Wolckersdorf	3093. fl. 22. alb. $7\frac{1}{4}$ heller.
Vorwerck daselbst	508. fl. 8. alb. $2\frac{1}{2}$ heller.
Stadt Gemünden an der Wobr	692. fl. 4. alb. 9. heller.
Halbe herrschaft Iiter	1800. fl. 17. alb. $5\frac{3}{4}$ heller.
Hessenstein	1004. fl. 3. alb. $10\frac{1}{2}$ heller.

Summa 32291. fl. 7. alb. $7\frac{1}{6}$ heller.

Ermangeln also an diesem Casselischen theil 74. fl. 8. alb. 8. heller.
Signatum Cassel den 14. April, anno 1648.

Ernst herzog zu Sachsen.

Ludwig landgraf zu Hessen.

Amelia Elisabeth.

Compara egregium opus dn. 10. GOTHFR. DE MEIERN, quod acta pacis Westphalicae vocatur, tomo V. p. 688.

Notes,

Notes, ad portionem darmstadinam §. XXIII. referri oppidum et praefecturam Rosenthal, quam tamen hodie possident Cassellani.

§. XVII.

Abbatia Hersfeldensis etiam accessit ad domum Cassellanam beneficio tabularum pacis Westphalicae, hac lege, vt, deposita abbatiae qualitate, principatus iure eam possiderent Hassiae landgrauii Cassellani.

Praefecturas, inter quas praepositura Gellingen numeratur, percenset IO. IVST. WINCKELMANN l. c. p. 263. Quid hac de re actum sit in conuentu pacis Osnabrugensis refert dn. IO. GOTHFR. DE MEIERN in *actis pacis Westphalicae* tomo V. p. 654. Quam aegre hoc tulerint catholici, quod Hassii iuris sibi iam ante in hanc abbatiam competere adfirmarent, haut differtur CAROLVS GARAFÀ in *commentariis de Germania sacra restaurata* p. 161. „illam, ait, inter hereditaria sua bona numerabat, Mauritius landgrauus Hassiae, qui eam filio suo secundo genito iure patronatus, vel potius summa „iniuria donauerat, neque vniquam a caesare vel a sanctissima sede praelaturae ecclesiasticae confirmationem acceperat, ac nihilominus integris fructibus fruebatur, - - . Vetera iura, quibus Hassiae landgrauii Hersfeldiae sunt gauisi, commemorant *selecta Senckenbergiana* tomo III. p. 464. 199. Confer quoque IO. PHIL. KVCHENBECKERI epistolam ad dn. PRAESIDEM *de antiquitatibus Hersfeldensibus*, CHRIST. SCHLEGEL. *de numis abbat. et Hersfeldensium*, IO. FRID. DIEFFINGER. tomo I. *Vitriarii illustrati* p. 128r. Veteres appellabant Herolfelde, Heroluesfelde, Hersfeldiam, Herocampiam, eratque monasterium anno 1000 xxxvi. a Sturmio, abbate fuldensi, in prouincia seu pago Haslorum ad Fuldam, fluiuium, fundatum, cui iunctum erat palatium regium, teste CHRONICO GÖTTWICENSIS tomo II. p. 482.

§. XVIII.

Sed haec nondum sufficiebant ad remunerationem pro meritis Cassellanorum magnis in germanicam libertatem. Propterea ius domini directi et vtilis in praefectura Schaumburg, Bückenburg, Sachsenhagen et Stadthagen, episcopatu Min-dano antehac adiudicatum, Wilhelmo Hassiae landgrauio, eiusque successoribus in perpetuum adscribitur §. III. articulo XV. *pacis Osnabrugensis*.

Philippi comitis, stirpis Bückenburgicae conditoris, soror, quum gnati hereditate aucta esset, Philippum fratrem comitem de Lippe heredem scripsit, qui cum Amelia Elisabetha d. 9. Iulii 1649. pactum inierat, quod tabulae pacis Osnabru-

Osnabrugensis l. c. confirmant. Vide FRID. WILH. BIERLINGIUM de familia comitum *Halsato-Schaumburgicorum exstincta* tom. VIII. *analectorum Hassiacorum* p. 419. Hassios igitur accepisse *das gräfliche Stammhaus Schaumburg und die stadt Rinteln, Sachsenbagen, Oldenburg, das städtgen Rodenburg, desgleichen Möllenbeck und die adelichen stifter Visbeck und Oberkirchen*, auctores sunt IO. DAVID KOEHLER parte VII. *der historifchen münz-belustigung* p. 335. et CHRIST. IVNCKER l. c. p. 617. Historiam comitum suo more tradidit FRID. LVCAE l. c. p. 490-554.

Obscure loquuntur pacis Westphalicae tabulae l. c. quando vtile dominium Hassis in Bückenburg et Stadthagen adscribunt. Possident enim haec loca feudi iure comites Lippiaci stirpis Bückenburgicae a domo Castellana. Ergo haec aliter intelligi nequeunt, quam de domino vtili futuro, si scilicet comitum vasallorum stemma fuerit exlinctum.

§. XIX.

Nec his contenta fuisset herois nostra, nisi tempori cedere maluisset.

Sibi enim Amelia Elisabettha adhuc poscebat Frizlarium, Neustadium, Numburg et Amoenoburgum, Moguntinae ditionis praefecturas, item in Coloniaensi ditione comitatum Arnsberg cum oppidis Medenbaco, Hallenberga, Winterberga; nec non Marsberga, Voremaria, Beuerunga et Kugelberga, in quae Corueiana ditionis loca Castellanis ius reluendi competebar. Posthaec desiderabat Paderbornensem episcopatum, ac e Monasteriensi episcopatu praefecturam Bucholtziam vna cum burggraviatu Strombergeni et omni causa. Denique postulabat in Fuldensi oppida et praefecturas Geisam, Fürsteneccam et Roekenstulam; item praefecturam Vacham et quae alia Hassiaca et Hersfeldensi regioni interiecta erant. Evolue SAM. PVENDORFI *commentarios de rebus Suevicis* libro XVIII. §. 33. p. 658. Firmat, quae dixi CHRISTOPH. FORSTNER epistola I. p. 12. qui Mindanum quoque episcopatum heroidem nostram poposciisse perhibet.

§. XX.

Eidem Ameliae Elisabethae Castellani acceptam referunt prouinciam Hanoicam Müntzenbergicam.

Huius enim prouidentia factum est, vt inter ipsam et Fridericum Casimirum, Ioannem Philippum et Ioannem Reinhardum comites Hanouiensis d. 4. Dec. anno 1643. pactum successorium fuerit sancitum. Equidem obtinuerat d. 13. August. 1625. Io. Georgius I. elector Saxo, ius succedendi, expectantiam vocant, in Hanoica feuda imperii, quam anno 1638. d. 17. sept. confirmavit Ferdinandus III. imperator, et Leopoldus imperator anno 1660. ad feuda extendit, quae stemmate exlincto, Lichtenbergica prosapia iam nomine

nomine imperii possidebat. Verum cessit iura sua elector Saxo domui Casselanae his quidem conditionibus: *daß Chursachsen die Hanauische Müntzenbergische reichs-leben dem fürstlichen hause Hessen-Cassel, so lange dasselbe vnd die Philippsthalische linie leben wird, überlassen, jedoch dergestalt, daß das fürstliche haus die grafschaft von Chursachsen, vnd dieses selbige binwiederum vom reiche zu lehn nehmen muß, wofür denn Hessen-Cassel an Chursachsen eine summe geldes von 600000. rthl. nebst den ämtern Franensie vnd Landock, ingleichen dem Hessischen antheil an Treffsurth mit aller bobelt cedirer, welches aequivalent aber an Hessen wieder zurückfällt, wenn die Casselsche vnd Philippsthalische linie absterben, dabingegen solchen falls mit dem Hanau-Müntzenbergischen reichs-leben ebensfalls alles wieder in vorigen stand kömmt.* Verba sunt auctoris des teutschen reichs-staats p. 1222. Interim maxima lis est inter Wilhelmum et Ludouicum Hassiae landgrauios de praefectura Babenhause et Ioannis Reinhardi Hanouiae comitis defuncti suppellestiles laura et magnifica, quam vulgo hereditatem mobiliarem adpellant. Loquuntur hac de re tomii duo aetorum Hanouienium, qui iunctim in folio fuerunt editi. Compara quoque partem XXIII. der reichs-sana p. i. fqq. vbi vtriusque partis scripta recensentur. Adde pariter tomum LXXII. ANT. FABRI *staats-cantzellei* p. 686. fqq. Dein controuerisiam mouit Wilhelmo Hassiae landgrauio elector Moguntinus de parte laurae regionis haut procul Gellnhufa sitae, quae vocatur *das freygericht Weimitzheim vor dem berg bey Altzenau.* De qua lite varia profant scripta, quorum elenchum habes tom. LXXI. der *staats-cantzellei* ANT. FABRI p. 201. fqq. tom. LXXII. p. 142. fqq. tom. LXX. p. 384. fqq. et tom. LXXIV. p. 747. fqq. Vindicat etiam Wilhelmus, quem dixi, landgrauius decimas quasdam Müntzenbergicas et redditus annuos, quos Io. Reinhardus comes Hanoicus in sedem Moguntinam pro 25000. flor. transfulerat. Ceterum feuda, quae domus Hanouienis ab imperio acceperat, et accessiones aliarum regionum enumerat D. IO. DAVID KOEHLER parte VI. der *historischen müntz-belustigung* p. 383.

§. XXI.

De feudis quibusdam, quae gens Carbiorum, nuper extincta, in Wetterauia possedit, inter eundem Wilhelmum landgrauium et electorem Moguntinum, nec non comites Solmenfes stirpis Braunfelsensis et Roedelheimensis adhuc est contentio.

Vide die *vnserthänige supplication* pro restitutione in integrum, quae in controuerisiam, quam modo commemorauit, prodiit in folio.

§. XXII.

Post obitum Ioannis Reinhardi, comitis Hanoici, vltimi suae gentis, Darmstadini occuparunt vicum Schaaffheim, quem
C
Hanoici

Hanoici sub lege clientelari ab electore Palatino acceperunt. Idem pariter obtinuerunt comitatum Hanoicorum Lichtenbergicum in Alsatia.

§. XXIII.

Nunc de incremento, quod profapiae Darmstadinæ adhuc accessit, pauca commemorabo. Postquam Philippus, iunior, Rhinfelfensis obiret anno CIO IO LXXXIII. ex præscripto testamenti Philippini et pacti familiae *des erbvertrags* de anno CIO IO LXVIII. ipsius portio diuidebatur inter Hassiæ landgrauos. Composita demum lite maxima de hereditate Ludouici, quem dixi, Marburgensis, hæc ad domum Darmstadinam deuenisse constat.

En schedam diuisionis:

Die gantze Erbschaft erträgt, darunter aber Limburg, Vmstadt und $\frac{1}{2}$ Wein zu Braubach nicht begriffen, 102262. fl. 13. alb. $\frac{1}{2}$ heller.
 Darvon trägt es nunmehr, vermöge obbemeldten verleichs, Hessen-Darmstadt 71696. fl. 22. alb. $9\frac{3}{8}$ heller.
 Dessen hat solch fürstlich haus dabevor an dem Gießfischen theil empfangen 50538. fl. 2. alb. $2\frac{1}{2}$ heller.

Vnd bekommt ferners:

Schloß, stadt und amt Königsberg mit Bellersheims Lehn-gütern 1219. fl. 11. alb. 8. heller.
 Amt Blanckenstein 2069. fl. 4. alb. 10. heller.
 Breidenbacher grund 1289. fl. 21. alb. $5\frac{7}{8}$ heller.
 Stadt und amt Bickenkopf 2308. fl. 20. alb. $4\frac{1}{2}$ heller.
 Stadt und amt Battenberg 2443. fl. 9. alb. $10\frac{3}{4}$ heller.
 Harzfeld 841. fl. 10. alb. $5\frac{3}{4}$ heller.
 Gericht Wissenfeld 445. fl. - - $8\frac{1}{4}$ heller.
 *Stadt und amt Rosenthal 1016. fl. 19. alb. $10\frac{3}{4}$ heller.
 Stadt Allendorf an der Lum 407. fl. 5. alb. 7. heller.
 Herrschaft Epflein 5591. fl. 10. alb. $10\frac{3}{4}$ heller.
 Herrschaft Iiter zur belste 1800. fl. 17. alb. $5\frac{3}{4}$ heller.

Ferners, so nicht zur erbschaft geböret:

Schloß, stadt und amt Braubach, Casselischen theils, item das kirchspiel Carzenelnbogen, (dabey das schloß und gebäu zu Braubach itzo so wenig, als hiernechst bey der wiederuustauschung in cinige anfechtunge kommen,

kommen, noch anderer gestalt, als nach den ietzo gebrauchten anschlä-
gen beschehen soll) so obngelehr erträget, wie der anschlag, welcher
bey dem kirchspiel Catzenellbogen ietzo ermangelt, folgendes richtig
geben wird,

1800. fl.

Summa 71771. fl. s. alb. 5 $\frac{3}{8}$ heller.

Solche gegen obige summa der 71696. fl. 22. alb. 9 $\frac{3}{8}$ heller vergli-
chen, so ist an dem Darmstädtischen theil überschuß

74. fl. 8. alb. 8. heller.

Signatum Cassel, den 14. Aprilis, anno 1643.

Ernst hertzog zu Sachsen.

Ludwig landgraf zu Hessen.

Amelia Elisabeth.

CAPVT III.

DE

DIVISIONE HASSIAE A PHILIPPO MA-
GNANIMO INTER FILIOS FACTA IVRE SVCCESIONIS
IN HASSIA CONTROVERSO ET ORIGINE DVORVM
STEMMATVM HASSIAM REGENTIVM.

EPITOME CAPITIS III.

- §. XXIV. **P**hilippi magnanimi
potentia et opes. Eius
icon ac elogium.
- §. XXV. Communionem filii com-
mendavit ac in euentum regiones
secundum assen romanorum inter
filios est partitus.
- §. XXVI. Wilhelmi sapientis, Cassel-
lanæ stirpis auctoris, pars.
- §. XXVII. Ludouicus obtinuit prin-
cipatum ad Lamum, das ober-sür-
stenthum.
- §. XXVIII. Philippus II. nactus est
comitatum inferiorem Cattimeli-
bocensem.
- §. XXIX. Georgius I. natu minimus,
heres institutus in comitatu Cat-
timelibocensi superiore.
- §. XXX. Philippus II. moritur inte-
stus, cuius hereditatem cernunt
Wilhelmus, Ludouicus ac Georgius I.
- §. XXXI. Obiit Ludouicus Marbur-
genfis, nullam liberorum habens
stirpem. De historia controuersæ
successionis. Verba testamenti Ludo-
uiciani et tenor codicillorum eius.
- §. XXXII.

C 2

- §. XXXII. *Mauritius sibi placere testamentum affirmabat. Darmstadinis autem illud displicuit. Rationes utriusque partis. Tenor sententiae caesareae. Darmstadinis displicuerat sententia austragarum, de qua infra.*
- §. XXXIII. *Executio illius sententiae. Alia sententia caesarea lata, qua ingentem pecuniae summam ob fructus perceptos Cassellani solvere iubentur. Singularia de Ludouico V. Darmstadino.*
- §. XXXIV. *Cassellani istas sententias nullitatis incusant. Elogium Mauritii, Hassiae landgrauis.*
- §. XXXV. *Transactio Wilhelmi V. et Georgii II. anno 1627. inita.*
- §. XXXVI. *Pactum, quo isti inter se anno 1638. iterum conciliabantur.*
- §. XXXVII. *Noua transactio fit anno 1648. ab Amelia Elisabetha, Georgio II. se in rem interponente Ernesto Gothano. Cui accessit alia anno 1650. Magnus librorum cumulus, occasione huius litis vulgarum. De portione rata, quam nacti sunt litigantes de hereditate Marburgensi.*
- §. XXXVIII. *De facultate testandi, qua usus est Ludouicus IV. et an testamentum eius fuerit validum?*

§. XXIV.

Philippus I. communis parens cunctorum Hassiae landgrauorum, qui hodie supersunt, uti animo magnus, ita et multis prouinciis ac opibus locuples erat. Nam Hassiae regiones cum variis eius accessionibus, solus possidebat noster.

Heros erat iste bello et toga illustris. Inter multos scriptores vel vnicum IACOBYM PERIZONIVM nominabo, qui in *commentariis rerum gestarum saeculi XVI.* p. 351. principis nostri iconem ita pinxit: erat, inquit, landgrauius vir strenuus, consilio et manu promptus, communi causae aduersissimus. Nec minus opibus erat magnus. Pro Cattorum Melibocorum comitatu Wilhelmo Arausiaco principi, sexcenta aureorum millia dependit, teste eodem l. c. p. 637. Animi eius magnitudinem in fortuna aduersa, captiuitate scilicet monstratam, posterius adhuc admirantur. Caussam, cur Carolus V. caesar, Philippum in custodiam, quam remisera ipsi, postea dederit, plane singularem et ignoratam fere huc vsque, refert BARTHOL. ZASTROW in *chronicis* apud CHRISTIAN. SCHOETTGEN. parte VI. *der diplomatischen nachlese* p. 280. Ceterum Philippi effigiem verbis dn. 10. DAV. KOEHLERI parte VII. *der historischen münz-belustigung* p. 328. delineabo: *Daß landgraf Philipp ein vortrefflicher fürst gewesen, der in Gott seine stärke, glück und lob gesetzt, und solches alles so reichlich gefunden, daß er nach überstandnem schweren Schmalkaldischen krieg und fünfjähriger harter gefangen-schaft, dennoch ein so wohl beseltes und so ansehnlich vernebrtes land, nebst einem grossen vorrab an baarem geld, geschütz, kleidern, kleindien, und andern kostbar-*

kostbaren haußgeräthe seinen söhnen hatt hinterlassen können. Worbey er ihnen so gute und durch eigene erfahrung bestätigte vernahnungen gegeben, daß durch deren befolgung ihre von dem vater geerbte glückseligkeit befördert worden.
 Audiamus quoque LVDOVICVM CAMERARIVM in epistola nuncupatoria ad Mauritium Hassiae landgraviũ, quae praemissa est IOACHIMI CAMERARI, Pabebergensis, *historicae narrationi de fratrum orthodoxorum ecclesiis in Bohemia, Moravia et Polonia.* „Impellebat me, inquit, „insuper iucunda profecto recordatio, quod maximus et fortissimus heros „Philippus landgravius - - -, cuius virtutem, magnanimitatem, fidem „et constantiam, nunquam non diuinis laudibus celebrabit gratissima germaniae nostrae patria.

§. XXV.

Commendauerat autem Philippus magnanimus suis filiis, quos genuerat quatuor, vt in communione cunctas Hassiae prouincias regerent. Quodsi vero haec communio ipsis displiceret, in tabulis, quibus vltimam voluntatem consignarat, ita diuisit iste Hassiae regiones suas, inter quatuor filios principes, scilicet Wilhelmum IV. sapientem, satorem stemmatis Cassellani, Ludouicum IV., Philippum II. et Georgium I., communem parentem prosapiae Darmstadiinae, vt natu maximus semissem prouinciarum, filius secundus quadrantem siue tres vncias acciperent; Philippus II. autem et Georgius I. heredes essent in quadrante prouinciarum, et vna cernerent tres vncias reliquas.

Id quod clarius adparebit, si testamentum ipsum, quod apud IO. CHRIST. LÜNIC in reichi-archiu, et quidem in *der fortsetzung der andern continuation* tomo IX. p. 776. sqq. legitur, inspiciamus.

§. XXVI.

Ad Wilhelmum igitur natu maximi hereditatem vt redeamus, is accepit semissem, nimirum totum inferiorem principatum, bonam partem comitatus Ziegenhainensis, dynastiam Iter, denique illa, quae in Smalcaldiam ei iam competebant, et vi pacti hereditariũ, Hennebergicis extinctis, ad Hassos de lapsura erant, prout verba testamenti id clare commonstrant:

L Andgraf Wilhelm soll haben das niedersfürstenthum Hessen, und seynd dieses die städte, schlösser, ämter und flecken: Cassel, Sensenstein, Grebenstein, mit samt Immenhausen, Geismar, samt dem Schönenberg, Tren-

Trendelburg, Helmershausen, das schloß und gericht zu Werder, Zapfenburg, die Liebenau, gericht Sebartenberg, Zierenberg, Wolfshagen, Niedenstein, Gudensberg, Veldsberg, Homberg in Hessen, Borcken halb, Milsungen, Rotenburg, Wildeck, Spangenberg, Lichtenau, Wald-Cappel, Sontra, Witzenshausen, Allendorf an der Werra, mit samt den Saltzwerk, Beilstein, Eschwege, Wanfried, Treffurth, Gleichen, samt allen zugehörigen dörffern, güthern, waldten, wildsubren, land-zoellen, auch allen andern zugehörigen, wie obgemelt, benandt und unbemelte, auch den pfandschaften in den niederfürstentum Hessen gelegen, samt ihren zugehörigen, desgleichen dem forstgeld und nutzungen von den forsten, bergwercken und saltzwercken, zu dem allen clostern in bemeltem niederfürstentum Hessen gelegen, die nicht zu der universtaet, spitahl und andern milden orten verordnet seyn, und seyn dieser, wie nachfolget, die closter: Lippoldenberg, die probsthey Geismar, Waltzhausen, Weissenstein, Annaberg, Hessungen, Breitenau, Carthaus, Heidraw, Korenberg und Sehm zum halben theil, laut des vertrags, so wir mit dem abt zu Hersfeldt aufgericht. Item was wir noch zum Hainchen sollen haben, auch den schutz, oeffnung und andere gerechtigkeiten an dem stift Corvey und der stadt Hexar. Vnd dieweil unser Sohn landgraf Wilhelm unser erstgebohrner Sohn ist, auch da wir gefangen gewesen, unsers gefangniß treulich angenommen - - -, so wollen wir in ansehung und betrachtung desselbigen, ihme darüber noch zugeordnet haben nachfolgende stecken und ämter - - - nemlich Friedewald mit seinen zugehörigen dörffern, und dem gericht zu Heringen, unsern theil an Laudeck, unsern theil an Hersfeld, noch unsern halben theil an Schmalkalden, und weiter auch den andern halben theil - - - der uns innhalt der vergleichung, ovvenn der männliche stamm von Hemtberg abgieng, anfallen wüirde, darzu unsere gerechtigkeiten an Herrnbreitungen, welches zuvor allewege in die lehne gehoert hat, und ferner Barchfeld, Hüneck, Neukirchen, Ziegenbain, mit samt dem closter Cappel und den hoeven, so um Ziegenbain liegen, und in das closter Hainau gehoert haben, Treyssa, Schwartzenborn, Landsbergk, Schoenstein, Borckhen die helfte, so an die lehne gehoert hatt, und die herrschaft Iiter.

§. XXVII.

Ludouico autem filio secundo parens optimus quadrante adscriptis, videlicet principatum ad Lanum et comitatum Niddanum. En verba testamenti Philippini:

Unser Sohn landgraf Ludwig soll haben: Marburg, Wetter, Meylau, Blanckenstein, Biedenkopf, Baitenberg, Wolckersdorf, Franckenberg, Franckenau, Rosenthal, Gemündte an der Wobr, Hessenstein, Rauschenberg,

berg, Kirchhain, Homberg an der Ohm, Alsfeld, Rumroth, Kirdorf, Al-
 lendorf an der Lumb, Gemündten uff der Ohm, Kraynsfeld, Nidda mit
 seiner zugehoerungen, als die gericht Burgkhards, Langt, Roden, Stei-
 nen, die Fuldische Marck, Staußenberg, Koenigsberg, Grünberg, Giessen,
 Wetzlar, was wir daran für gerechtigkeit haben, die pfandschaft Lim-
 burg, Rosbach, Butzbach und die herrschafft Epstein, und das geleid in
 Franckfurth, auch was wir haben zu Cronberg an der lehen, und oeffnung,
 samt allen ihren zugehoerigen doersfern, gütern, wälden, wildubren,
 land-zollen, auch allen andern zugehoerungen benannt und unbenannt, zu
 dem allen pfandschaften im oberfürstenthum Hessen - - auch die kloster - -
 nemlich Wissenfeld, Georgensfeld und das Dongeshaus zu Grünbergk, wie
 wir solches genutzet, herbracht, gebraucht und besessen haben, ausbeschei-
 den, was das zur unioersitaet, spüßalen und andern wilden overcken geord-
 net, desselgleichen die pfandschaften Hanfeld, Rockenflubl und Geißu im
 stift Fulda. Item das dritte theil des gold-bergwercks uff dem Eisenberg
 in der grasschafft Waldecken.

§. XXVIII.

Transimus nunc ad Philippum II., cui vna cum fratre
 Georgio parens adsignauit quadrantem. Erat autem portio
 huius Philippi comitatus Cattimelibocensis inferior. Nam de
 eo pater quoque cogitabat, testamento ita cauens:

Landgraf Philips soll haben: Rheinfels mit S. Goar, und den Rhein-
 zoll daselbst, mit dem Salmenfang und aller anderer nutzung, Neuen-
 Catzenelbogen, Naarhausen, Alten-Catzenelbogen, Reichenberg, Hoer-
 stein, mit samt der vier herren gericht und dem Hayrich, Braubach,
 Embs, und den Wartspenning zu Popparten mit allen doersfern, wälden,
 land-zollen, völdbahnen, vveinbergen, vvein-nutzungen und allen an-
 dern nutzungen benennet und unbenennet, nichts ausgescheiden.

§. XXIX.

Nec natu minimi filii, Georgii I., fatoris profapiae Darm-
 stadinae obliuiscatur princeps testator. Tabulis enim vlti-
 mae voluntatis hoc sanxit, vt hic potiretur superioris comita-
 tus Cattimelibocensis:

Landgraf Georg soll haben: Rüsselsheim, Dornberg, Darmstadt, Lich-
 zenberg, Rheinheim, Zwingenberg, Auerbergk, und vvas mehr in der
 obern grasschafft Catzenelbogen geboeren und dazu geboert, ausgeschie-
 den Bickenbach und Vmbstadt

§. XXX.

§. XXX.

Habes iam veram ac genuinam speciem primae diuisionis Hassiae. Sed mox de noua diuisione cogitare debebant. Nam Philippus II. Rhenofelsenensis, anno c15 I5 LXX XIII. sine prole decedebat, cuius hereditas inter tres heredes eius, videlicet, Wilhelmum IV., Ludouicum marburgensem, et Georgium I. aequalibus partibus, sicut pater Philippus in testamento, et fratres in pacto familiae *dem erbvertrag* anno c15 I5 LXVIII. cauerant, diuidebatur.

§. XXXI.

Interim debitum naturae iam reddiderant Wilhelmus IV. et Georgius I., quum absque prole decederet anno c15 I5 c1v. Ludouicus, Marburgi habitans. Hic testamento anno c15 I5 xc v. scripto regiones suas in duas partes diuiserat, Marburgicam scilicet portionem, et Gissenam, atque iusserat, vt hanc Darmstadina stirps, illam vero Cassellana occuparent. Conueniebant Marburgi Mauritius, Ludouicus V., Philippus et Fredericus, Hassiae landgrauii, atque iuebant, vt die 5. octobris anno c15 I5 c1v. aperirentur testamenti tabulae. Id quod factum praesentibus XVIII. delectis a Mauritio et X. a darmstadinis.

I. Historiam litis, vtriusque partis argumenta, et modos quaerendi auxilia percenset, vt tum catholici de hac re iudicare solebant, ille SIGISMVNDVS FREYBERGER in *germania perturbata et restaurata*, parte III. p. 62. 199.

II. En verba testamenti die 25. aprilis c15 I5 xc v. conditi:

Als wollen wir unsere freundliche liebe vetter und bruder herrn Moritzen und herrn Georgen landgrafen zu Hessen, grafen zu Katzenelnbogen &c. zu unsern wahren ungezweifelten uniuersal-erben unserer land und leut, und aller anderer unserer verlassenschaft, liegend und fahrend, beweglich und unbeweglich, dach ausgenommen dasjenige, so wir hierinn legiret und verschaffet, und noch ferner verschaffen und verordnen moechten, hiermit zu gleichen theilen instituire und einsetzen haben, derogestalt, dass ihre beyde Lbd. Lbd. solches alles freumlich und eintraechtig miteinander theilen, und sich darinn vergleichen, und was einem jeden in solcher theilung und vergleichung zukommen wird, vor sich haben und behalten sollen.

Wann aber gedachter unser vetter landgraf Moritz, oder unser bruder landgraf Georg, vor oder nach uns, nach dem willen des Allmaechtigen, mit todt abgehen wuerden, ist unser will und meynung, dass desselben abgestorbenen eheliche maennliche teils-erben, welche er alsdann verlassen wird, den ihme hierdurch vermachten halben theil, an land und leuten und allem andern haben sollen.

III. Habe-

III. Habeto pariter e codicillis eius die 30. decembris cIoIocI. scriptis, quae huc faciunt:

Anfänglichen ist nachmahlig unser endlicher wille und fleisse meynang, das obangeregte unser an den 26. tag Aprilis im jahr 1595. verfertiget und aufgerichtet testamentum, mit allen und ieden seinen begriffenen und inhaltlichen puncten und clausulen (nachfolgende fernere ordnung, disposition und geschäfte ausgenommen, und demselbigen allerdings und zumahl unnachtbeilig und unabbrüchig) in völligen kräften und wörden bleiben und gehalten werden soll, anders nicht, als wenn es von worten zu worten anhero wiederholet, und dieser schrift allhier einverleibet wär.

§. XXXII.

Mauritius, Wilhelmi IV. filius, testamentum sibi placere affirmabat; contra Darmstadtini, nempe tres filii Georgii I. Ludouicus V. siue fidelis, Philippus Butisbacensis et Fridericus Homburgensis minus recte disposuisse Ludouicum, contendeabant.

I. Nam quum eorum tres essent, in capita, non autem in stirpes Ludouici hereditatem partiendam esse, existimabant. Vide, quid hac de re sententia feudalis iuris interpretes apud IO. WILH. ITTERVM *de feudis imperii* capite XV. §. 10. p. 759. Aui quoque testamentum allegabant.

Verum enim vero id vtiliter acceptabat Mauritius, ac portione sua illos plane priuandos esse aiebat. Quum enim vltima voluntas testatoris debeat sancta esse; hic autem verbis expressis disposuerit, vt, qui testamentum eius impugnaret, hereditatis partem, sibi destinatam, amitteret; ideo Mauritius Darmstadtinos hereditatis parte, quam ipsis adscripserat, Ludouicus Marburgensis, excidisse contendeat. Quo etiam factum est, vt cunctas, quas Ludouicus, quem dixi, iure hereditatis Marburgensis possederat regiones, sibi soli vindicaret.

II. Darmstadtini vero Mauritium, quod reformatam religionem introduxisset, adeoque testamento contrauenisset, illudque per hoc manifesto impugnasset, inculabant. Hi igitur ad caesarem prouocantes, ab hoc petierunt, vt Mauritio suam portionem hereditatis Ludouicianae abiudicaret, atque sibi totam hereditatem tribueret.

III. Post difficile certamen, quod per XVIII. annos erat agitarum, reiecta anno cIoIoXIII. exceptione austraegarum, quam opposuerat Mauritius, caesar anno cIoIoCXXIII. die XI. aprilis Ratisbonae sententiam tulit, qua Darmstadtinos heredes ex aese, atque illum sua parte esse priuandum, decreuit. Tenor sententiae caesareae, ante finitum conuentum electorum, tempore, quo dixi, publicatae, quam praeter alios seruat FRANCISC. CHRISTOPHOR. KHEVENHILLER tomo X. *annalium Ferdinandeorum* col. 134. 135. MICHAEL CASPAR. LONDORP *actorum publicorum* tomo II. capite 186. p. 734. 19. hic erat:

D

In

In sachen zwischen herrn landgraf Ludwigen zu Hessen - Darmstadt, klägern, an einem, gegen und wider herrn landgraf Moritzen zu Hessen-Cassel, beklagten andern theils, die Marburgische succession betreffend, ist auf ermeldtes herrn klägers angestellte unterschiedliche klagen, aus welchen er ihme eine jede omni meliori modo et electiue zu prosequiren vorbehalten, und seine darüber eingekommene vollkommene gerichtliche agnition und acceptation, vveyland seines herrn veters, landgraf Ludwigen sel. hinterlassenen testaments, dargegen von beklagten herrn landgraf Moritzen vorgenommene land- und reichskündige, auch in actis genugsam erwiesene immouationes und contrauentiones, und furters von mehrgedachten klagenden herrn landgrafen, über solche reichskündige contrauention beschehen, gerichtlich anrufen, und submission die sachen super notorietate, et confessis contrauentionum der mitbeklagten caduciret halten, ungehindert der darwider von beklagten herrn landgrafen in seinen defensionalibus eingewendeter, und hernach im andern tomo seiner exception und gegen-deduction in puncto causae principalis, und dero siebenden hauptpuncten s. dasz denn auch &c. Wiederholter protestation, von amtswegen hiermit für beschloffen angenommen, und zu recht erkennt, dasz ihme herrn landgraf Moritzen keinesweges gebühret wider obgemeldtes herrn landgraf Ludwigen des eltern testament, vvelches er in allen puncten und clausulen, ohne einigen vorbehalt acceptirt, die geklagte und bekendte offenbare contrauentiones vorzunehmen, sondern dasz er damit zu viel und unrecht gethan, auch zumahl sich selbst seines ihme darinnen vermachten erbtheils, allerdings unsähig und verlustig gemacht hab, und solchen seinen erbtheil, von zeit der vorgenommenen contrauention, an herrn klägern mit allen darvon ausgehabenen nutzungen und einkommen abzutreten, einzuräumen, und zu restituiren schuldig, und zu solchem allen hiemit fällig erkennt und verdamt seyn soll. Signatum in Ibro Kayserl. Majest. und des heil. reichs stadt Regenspurg, unter dero aufgedruckten secret-insiegel, den ersten tag Aprilis, anno sechzehnhundert drey und zwanzigsten.

Vt. H. L. von Vlm. (L. S.)

I. R. Pucher.

§. XXXIII.

Anno cIo 15c xxvi. commissarii, Ferdinandi videlicet archiepiscopi Colonienfis, sententiam adprobabat Ferdinandus II. imperator, atque Mauritium eo condemnabat, vt Darmstadinis ob fructus ex hereditate Marburgensi perceptos, exsolueret ultra decies centena millia vel millena millia auri.

I. Renfa

I. Renfam oppidum ad Rhenum, landgrauii pignoris iure habebant a Coloniensi. Stipulatus itaque sibi est hac occasione archiepiscopus Ferdinandus, vt hoc oppidum luere possit. Id quod etiam factum.

II. CAROL. CARAFA p. 178. *germaniae sacrae restauratae* de executione facta testatur, Mauritiū cessionem Hassiae in filium Wilhelmum V. memorat, abitum Mauritiū in Hollandiam loquitur, et compendium, quod catholici fecerint. Iam antea p. 152. CARAFA laudauerat aequitatem et iustitiam sententiae, pro Darmstadtinis latae.

III. IDEM p. 267. Ludouicum V. Darmstadtinum quidem Lutheranum fuisse dolet, pacificum tamen eum fuisse et caesari fidelem principem extitisse, collaudat.

IV. SIGISMUNDVS ille FREYBERGER parte III. *germaniae perturbatae et restauratae* p. 64. narrat, catholicos post reditum Ludouici V. Darmstadtini ex Hispania, sperasse, fore, vt sacris eorum nomen sit daturus, addens: *zumal er nach der wiederkehr den pabst zu Rom nit meyr vor den antichrist auf den cantzeln ausgescriben, noch die kirchen-agenda wider den pabst und türcken gerichtet worden.* Verum AGENDA HASSIACA anno c1o 1pc LXXI. recusa, falsa haec esse, docent.

§. XXXIV.

Interuenerat quidem contra priorem sententiam Mauritiū filius, Wilhelmus, pro se et fratrum nomine. At frustra. Interim Cassellani vtramque sententiam nullam et iniquam esse, affirmabant. Praesertim quum iudicium imperii aulicum, partium studio abreptum, priorem tulisset.

I. Vide *notabilia ad sententias duas*, anno c1o 1pc XLVI. in folio typis expressa.

II. Refutauit interea feuda sua, et filio suo Wilhelmo V. Hassiam regendam commisit. Interea Mauritium istum eleganter, vt solet, depinxit DANIEL EREMITA. „Linguarum, ait, varietate capiebatur, quum ille studio impense teneretur. Nam et graece et latine exacte, hispanice, italice, gallice nouit, et inuidiam quoque Mithridatis famae facit. Augetur ea laus philosophiae, praeterea et omnium bonarum artium absolute, tissima cognitione, qua ille ad miraculum excellit. Theologiae studio nimis pertinaciter deditus, odio catholicorum. Ipse et in concionibus subinde declamat, quo odium aduersus pontificem suis omnibus ingeneret: „eoque nomine inter suorum principes pro oraculo est.

§. XXXV.

Factum tamen est Wilhelmi V. Cassellani prudentia singulari, vt, postquam cum Georgio II. Darmstadtino Romrodii conuenisset,

uenisset, cum ipso transigeret anno cIo Ioc xxvii. mense septembre.

I. Multa capita complectitur illa transactio, quam praeter alios seruat FRANCISC. CHRISTOPH. KHEVENHILLER tomo X. *annalium Ferdinandorum* col. 1560-1579. Separatim excusa legitur etiam in 4to.

II. En interea iconem et elogium Wilhelmi V. et eius posterorum, verbis MICHAELIS LE VASSOR dans *l'histoire du regne de Louis XIII.* tomo IX. parte I. p. 308. : » Je loue d'autant plus volontiers le zèle de Guillaume pour sa religion, qu'il étoit accompagné d'une sincere probité. Bon ami » et fidele observateur de sa parole - - - Sans rien perdre de sa dignité » il se rendoit égal a ses inferieurs dans la conversation. Son illustre poste- » rité ne se distingue pas moins en nos jours. La cour de Cassel est la plus » religieuse et la plus reglée de l'Allemagne.

§. XXXVI.

Dubia et controuersa, quae supererant, pactum mense martio anno cIo Ioc xxviii. decidebat et priora firmabat.

§. XXXVII.

Sed uti belli tricennalis infelicia tempora erant, et summa imis miscebant; ita amicorum et foederatorum inimicis instigationibus haec pacta non diu perdurauisse, constat. Interea maximus suae aetatis et prudentissimus princeps, Ernestus Saxoniae dux Gothanus, sua auctoritate, cura et labore rem eo redegit, ut Cassellanos et Darmstadinus anno cIo Ioc xlviii. Cassellis inter se conciliaret.

I. Basis est hoc pactum iurium vtriusque stirpis et Cassellanae et Darmstadiinae. Inicum est illud anno 1648. die 14. aprilis. Constat ex pacto primario, *dem haupt-recess und vergleich*, et secundario, *dem neben-abschied* de dato Cassel die 14. aprilis 1648. Hoc exhibent *acta pacis Westphalicae* dn. 10. GOTTFR. DE MEIERN tomo V. p. 684-687. Illud seruant eadem loc. cit. p. 677-683. THEATRUM EVROPAEVM tomo VI. MICH. CASPAR. LONDORP tomo VI. *actorum publicorum* p. 306. 199. 10. CHRISTIAN. LÜNIG tomo IX. *des reichs-archivs* p. 899. 199. alii. Accessit ad haec pacta, alia adhuc transactio anno cIo Ioc l. die XIX. februarii scripta, et, quantum rescui, nondum typis expressa.

II. Ingens interea multitudo est scriptorum, quae vtraque pars, pro defendendis iuribus suis in hereditatem marburgensem, edidit. Indicem eorum texiit CHRISTIAN. GOTTFR. HOFMANN in *bibliotheca iuris publici* p. 416-420.

p. 416-420. Confer quoque IO. CHRIST. LÜNIGII *bibliothecam deductionum* p. 262-276. et *catalogum bibliothecae Plotboianae* tom. II. p. 603-618. Ceterum ex hereditate marburgensi utraque pars litigans vi transactionis de anno 1510 c. XLVIII. obtinuit haec: scilicet portio Gissenfis sub certo modo relinquatur Darmstadiinae domui. Portio autem Marburgensis ita fuit diuisa, *daß davon Hessen-Cassel die eine helfte, und also quarta pars totius hereditatis gleichsam ab intestato für voll, und von der andern helfte oder respectiue quarta, so sich nach den alten anno 1605. gemachten anschlagen auf 25005. fl. 6. alb. $\frac{1}{2}$ heller erstrecket, 5000. fl. jährliche intraden an land und leuten mit aller hobeit - - - das übrige aber auf solche maasse Hessen-Darmstadt erb- und eigentümlich gelassen, etc.* Vide §. 2. pacti, de quo dixi, de anno 1648.

§. XXXVIII.

Id adhuc quaerere iuuat: quo iure Ludouicus IV. de portione sua Marburgensi potuerit testamento disponere? Siquidem illa feudum erat regale. Et respondeo, me id saepe esse miratum, cur caesar Ferdinandus II. testamentum illud pro valido in tantum iudicauerit?

At velim, scias, quod, sicut principes partem feudi absque caesaris consensu oppignorare solent; ita caesar, de parte feudi testari potuisse Ludouicum IV. ratus est. Quandoquidem eius portio Marburgensis, intuitu reliquarum Hassiae prouinciarum, pars tantum erat feudi regalis Hassiaci.

CAPVT IV.

DE

REBVS INTER DVOS REGENTES HAS-
SIAE LANDGRAVIOS VTRIVSQVE STIRPIS COM-
MUNIBVS ADHVC.

SCIAGRAPHIA CAP. IV.

- §. XXXIX. **I**nter Hassiae landgrauios regentes cuncta diuidi haud potuerunt. *communi diuidendo locum inueniat? quod negatur.*
- §. XL. *Definitio rerum communium inter istos. An pro lubitu haec actio*
- §. XLI. *Enumerantur res, quarum communio est inter landgrauios:*
1. *Feudalia quacnam? qui modus*
- D 3
heic

- heic obseruetur in casibus diuersis? vter principem Waldeciae inuestiat? Quis senior dicendus inter Hassiae landgrauior?
- 2. Tabularium Ziegenbainense;
 - 3. curia prouincialis, quae Marburgi est;
 - 4. iudicium reuisorium seu tribunal prouocationis commune;
 - 5. coenobia, vulgo adeliche stifter, Kauffungen et Weiter. Quatuor nosocomia, die hohen hospitalien, Haina, Merxhausen, Hofheim et Grunau. Philippus M. suis commodis non seruituit, dum sacra repurgauit.
 - 6. Dotatio filiarum principum, quae more solenni renunciant successioni paternae. Quantitas dotis.
 - 7. Conuentus prouinciales totius Hassiae.
 - 8. Vestigalia et portoria, gulden wein- und Rhein-zölle, nec non der vvarpfennig zu Boppard.
 - 9. Qui hereditario iure marescalli, pincernae et camerarii munus obtinet.
 - 10. Iudices austraegae;
 - 11. praerogatiua, qua landgrauii in delectorum imperii numero sunt;
 - 12. tituli in plerisque consentanei;
 - 13. pactum confraternitatis cum domo Saxonica et Brandenburgica initum. Singularia de hoc.
 - 14. Successio in comitatum Waldeciae;
 - 15. solutio tributorum imperii. Rata portio cuiusque stirpis Hassiacae.
 - 16. Occupatio sedis prioris in conuentibus.
 - 17. Suffragium ab ipsis in consensu delectorum imperii ferendum.
 - 18. Communio oppidi, praefecturae et centenae Vmstadii, quae cessauit anno 1708. inter Hassiae principes. Cum palatinis multae lites Vmstadienses Darmstadinorum.

§. XXXIX.

TAMETSI Hassiacae prouinciae inter duas stirpes regentes fuerint diuisae, prout capite III. est demonstratum; nihilo tamen secius commodè fieri non poterat, vt cuncta inter has diuiderentur. Quare quarundam rerum communio remansit inter vtramque domum regentem.

§. XL.

Per res communes heic intelligo eas, quas ambo landgrauii regentes ex praescripto pactorum pro indiuiso in aeternum possident.

Pepigerunt inter se landgrauii Hassiae, vt res quasdam tanquam communes vna possiderent. Non obstat igitur, si quis praecipuo aliquo gauderet in re communi, quia pactorum efficacia heic omne fert punctum, ac communio

nionis fines determinat. Aeternam dixi hanc communionem, quod tamen iuri ciuili vehementer aduersatur. Etenim hoc statuit, dirimi posse illam, si vnus confortium, absque vlla causa ad diuisionem prouocet, L. 5. C. *communi diuidendo*, tamen ceteris confortibus communitio placeat, et hi diuisioni futurae contradicant. Sufficit ergo voluntas vnus confortium, ad diuisionem prouocantis, quamuis hic falsam causam allegauerit, cur in communitioe remanere nollet, L. 65. pr. D. *de V. O.* Veruntamen iure patrio societatis in aeternum coitio vtique valida videtur. Quandoquidem L. 70. D. *pro socio*. L. 14. D. *communi diuidendo*, quae pacto, ne omnino diuisio fiat, nullas vires tribuunt, huc non quadrant, vbi pacti sane maxima efficacia et valor adest, et de germanorum moribus hoc verissimum esse, constat inter omnes. Quibus accedit, quod bonum publicum subinde maximum detrimentum ex eiusmodi diuisione sentiat. Obtendebant hoc, comites de Loewenstein, quum stemma Loewensteinense Ruperfortii palmitis, ad diuisionem prouocasset. Vide ANT. FABRI *staats-cantzelley* parte XIX. capite III. p. 314. AVGVSTINVM LEYSERVM *specimine* CLXXXVI. *meditatione ad π. II. III.* p. 383. seq. 10. WILH. ITTERVM *de feudis imperii* capite XIII. §. 20. 10. SCHILTERVM *exercitatione ad π. XX.* §. 77.

§. XLII.

Referuntur huc feudorum inuestitura, a caesare vel aliis petenda, tabularium Ziegenhainense, curia prouincialis Marburgensis, iudicium reuiforium, monasteria vsui meliori destinata, dos filiabus principum Hassiae exsoluenda, conuentus prouinciales vniuersales, vectigal, quod de vino penditur, officiales hereditarii, iudices austraegae, res in deputationibus imperii expediendae, reliqua.

I. Quod ad rem clientelarem attinet, cautum est, vt, ratione illorum feudorum, in quibus vtraque domus iure simultaneae inuestiturae gaudet, vigeat communitio. Rem accurate decidit pactum de anno 1650. §. 2. ac illustrat declaratque *den abschied über die samtleben-empfangnisse*, quod pactum icerunt Wilhelmus V. et Georgius II. Marburgi die 14. dec. 1627. Quodsi enim dominus feudi directus obierit, feudi renouatio petitur per litteras communes, *ein santschreiben* ab ambobus landgrauis regentibus pro se et agnatis suis. Vbi feuda imperii renouantur; taxa, vt vocant et sportulae cancellariae ab vtroque soluuntur, reliquas autem impensas is fert, qui feudi est possessor. Ratione proedriae tam in litteris clientelaribus, quam in praecedentia placuit per vices successio et variatio, vulgo alternationem vocant. Sin feudorum renouatio propter obitum alicuius regentis Hassiae landgrauis petenda erit a domino directo; tum successor eius curat id, quod hoc de negotio iuris et moris est, et de termino ad renouandam inuestitu-

ram

ram praefixo, alterum reddidit certiorum, quo hic, si velit, per ablegatos comparere queat. Is vero nec taxam, nec sportulas exsoluit, sed princeps, non successor, has fert impensas.

Litteras inuestiturae communes, *sumleben-briefe* seruat is, qui feudum possidet. Sin ambo feudum possideant, illae custodiae Ziegenhainensis tabularii committendae veniunt.

Vbi aliquis principum in renouanda inuestitura simultanea cunctetur, tum vni rem suam curare permistum esto. Princeps Waldecciae communi nomine inuestitur ab Hassiae landgrauio regente, natu maiore. Testatur hoc pactum de anno 1648. §. 9.

In transitu notes, quod aetas inter vtrumque landgrauium, non secundum annos regiminis, sed secundum natiuitatem, computetur.

II. Ziegenhainae haec cimelia diplomatum et chartarum Hassiacarum iam commiserat Philippus magnanimus, vt manifestum est ex eius testamento. Confer interea *den abschied über das samt-archiv zu Ziegenhain*, quam pactiorem fecerunt Wilhelmus V. et Georgius II. Marburgi die 14. dec. 1627. Locus hic humidus et vlginosus multum detrimenti adfert chartis. Nullus Ziegenhainae tabularii est custos. Sed vbi illud adire lubet, ab vtraque domo eo ablegantur delecti, (*deputirte*.)

Ceterum Cassellis aliquot sunt tabularia, quibus res, ad domum Cassellanam spectantes, custodiuntur. Gissae ac Darmstadii reperiuntur tabularia Darmstadii landgrauii.

III. De tribunali serenissimorum Hassiae landgrauiorum, *hof-gericht*, infra nonnulla commentabor. Commune illud iam constituit pactum, *der erbvertrag*, anno 1568. initum, §. 3. et pactio Marburgi anno 1627. die 14. decembris facta, quae vocatur *abschied über das samt-hof-gericht*.

IV. Idem de iudicio reuisorio statutum legitur in pactiōibus, quas modo dixi. Adeas velim *den abschied über das samt-revision oder ober-appellation-gericht*, Marburgi die 14. dec. 1627. conclusum.

V. Philippum magnanimum non ad fiscum suum, sed ad bonum publicum fuisse attentum, quum sacra repurgaret in Hassia; liquet e coenobiis, partim dotandis filiabus nobilibus, partim valerudinariis, pauperibus, mente captis et furiosis destinatis. Confer, quae dixit dn. PRAESES in *delinca-tione iuris ecclesiastici protestantium* capite II. §. 3. p. 19. et quae memoriae prodidit ipse Philippus apud FRID. HORTLEDERVM *von ursachen des teut-schen kriegs* libro IV. capite VII. p. m. 126. et libro V. capite II. p. 1074. sq.

Kauffunga, ditissimum monasterium et Wetteranum coenobium, vulgo *die adelichen lister*, Philippus magnanimus dicauit nobilibus virginibus Hassiacis dotandis. Omnis virgo nobilis, cuius pater nobilitatis est auitae, et inter status Hassiae provinciales numeratur, quam primum nubit, atque ad praefectos, *die ober-vorsleber*, noticiam matrimonii, quod aequale debet esse, perfert, certam pecuniae summam, eamque nunc, ob reditus auctos, quoque auctam

auctam et maiorem, quam antea fuit, accipit. Filiae autem ministrorum principis, tametsi nobilitate auita eoruscant, nihil inde dotis reportant, nisi patres eorum nobiles Hassiaci solemnibus litteris fuerint declarati. Administrent haec bina monasteria quatuor praefecti, *obervorsheber*, nobiles Hassiaci, ex vtraque Hassia ad hoc munus honorificum et vtile magis, quam arduum, constituti.

Vix autem est, vt cum CHRONICO GOTTWICENSI tibi persuadeas, ac si feminae laicae Kauffungae alerentur. Licet, si principes hoc ita vellent, domus vtraque, intuitu filiarum principum, non exiguum emolumentum ex eo sentire possit. Euolue interea *die reichs-hofraths-conclusa* tom. VI. p. 510. sq.

Hainensi coenobio, olim Aulesburg vocato, praeest similiter nobilis Hassus, quem appellant *obervorsheber des klosters Haina*. Huic muneri per vices praeficiunt aliquem Hassiae landgrauii, vt, quum iam praesit aliquis nobilis Hassus a landgrauio Castellano constitutus, post eius obitum alii mandetur id ab Hassiae landgrauio Darmstadino. Hic praefectus, vt Hainae habitat, necesse est, reliqui autem praefecti, de quibus modo dixi, quisque domi suae habitat, nec cum Hainensi administratione res ipsis est. Reditibus abundat hoc monasterium, ac complures alit miseros homines, masculini sexus. Feminarum nulla hic locum inuenit. Nemo autem ad hoc monasterium gratis recipitur, nisi, qui Hassus est, ac de quo magistratus pauperem, et simul medicus, morbidum esse illum, legitime testantur.

Merxburgi monasterium in Hassia alimoniae miserarum feminarum destinatum est, nec non coenobium Grunau in inferiore comitatu cattimelibocensi; item monasterium Hofheim in superiore, quem dixi, comitatu eidem sexui dicatum est. Plura huc facientia, et quae sint vtriusque landgrauii iura circa haec monasteria, docet *der abschied über die vier hobe hospitale*, Marburgi die 14. dec. 1627. Administratores, vtriusque principis regentis commissariis, quotannis reddunt suas rationes.

VI. Princeps filia Hassiaca more consueto renunciat successioni, prout id exigit pactio, *der erbvertrag* de anno 1568. Eodem pacto portionem legitimam filiarum suarum voluerunt esse summam viginti millium florenorum, *beneden kleindien*, vt verba fluunt, *kleidern, silbergesbirr und geschmuck, nach gelegenheit des verstorbenen fürsten verlassenenschaft, und wie das im fürstentum Heßen gebräuchlich und herkommens ist*, eo scilicet casu, quo aliquis pacificentium, filibus post se tantum relictis, decesserit, et sic eius stirps exaruerit. Quantitatem dotis, ad viginti millia florenorum hodie ascendere, tradit BERNH. LVDOV. MOLLENBEC *de renunciatione diuisionis in communionem* capite II. §. 41. p. 53. Cui consentit AHASV. FRITSCHE tomo I. *opusculorum* p. 57. n. 16. Dotem, siue regentis principis, siue apapaniati filia sit, vtriusque principis Castellani et Darmstadini dant subditi.

VII. Conuentus prouinciales vtriusque Hassiae communes adhuc esse statut pactio nouissima de anno 1650. §. 3. At vero per longissimum tempus
tales

tales Hassia non vidit. Interim, sicubi ipsis placuerit eiusmodi conuentus vniuersalis, obseruanda definit §. 3. quem modo excitauit. Confer *den abschied von haltung der landträge*, quod pactum die 14. dec. anno 1627. Marburgi fuit initum.

VIII. E vestigali, quod de vino penditur, *dem gülden-wein-und Rhein-zoll*, magnum fructum capiunt Hassiae landgrauii. Hinc Philippus illud inter filios commune esse voluit. Eadem communio repetita et firmata est ab eius filio anno 1568. in pacto, *dem erbertrag* §. 7. Porro quum Wilhelmus V. et Georgius II. pactioem anno 1627. inter se facerent, communionem denuo firmarunt. Vide *den abschied von zoll-schlüssen* de dato d. 14. dec. 1627. Recentissimae hac de re conuentiones, leguntur in pactis de annis 1648. §. 8. et 1650. §. 4. Publicani de eis, quae collegerunt, quotannis rationes reddunt, delectis, vulgo deputatis *zum zoll-schluss*. De schedarum forma, *den zoll-zeichen* agit pactum de anno 1650. §. 4.

In duas partes quoque diuiditur, adeoque commune est illud portorium, quod vocatur *der Bopparter wartpfennig*, quod Bopparthiae in singulari merces, rheno aduectas, exigitur, et a nauta pensantur XXI. numi, quorum duos Hassiaca domus accipit, XIX. vero inter Treuirensē archiepiscopum, marchionem de Baden in Baden aliosque diuiduntur.

IX. Hereditarios Hassiae officiales, inter vtramque domum communes esse, constat. Illi sunt Riedeseli de Eysenbach, Schenckii de Schweinsberg et Berlepsii. Quorum hi camerarii, illi pincernarum, isti vero mareschalli munere funguntur. Testantur hoc dn. CHRISTIAN. GOTTL. BVDER *de feudis officialium hereditariorum* p. 104. dn. IO. PHIL. KVCHENBECKER parte IX. *analectorum Hassiacorum* p. 215. et dn. PRAESES parte I. *der kleinen schristen* p. 41. Fama fuit, barones Doernbergios dapiferi munus, ante aliquot tempus, obtinuisse.

X. De iudicibus austragis infra ero acturus. Heic monuisse sufficiat, quod huc vsque nemo dubitauerit de quaestione: vtrum iudicium austragarum inter vtramque domum regentem Hassiacam sit commune? Nam BERNH. LVDOV. MOLLENBEC, cancellarius, dum viueret, Giffensis, in opusculo *de renunciatione diuisionis in communionem*, capite II. §. 39. p. 52. austragarum iudicium esse commune, disertis verbis est fassus.

XI. Hassiae landgrauio in numero delectorum imperii esse, constat. Hoc praecipuum, inter se commune fore, placuit Wilhelmo V. et Georgio II. *in dem abschied, wie es künfrig zu halten mit communication in sachen vor die deputirte reichs-stände gelangend*, de dato Darmstadt den 14. sept. 1627. adde pactioem de anno 1650. §. 1.

XII. Tituli maxima ex parte sunt consentanei, nisi, quod domus Darmstadtina voces *Isenburg* et *Büdingen* suo adiecerit titulo.

XIII. Commune pariter inter ipsos est pactum confraternitatis, cum Saxonibus et Brandenburgicis factum. Egit de hoc dn. PRAESES in *originibus iuris*

inris publici Hassiaci capite VIII. p. 118. sqq. Id adhuc superest: an id etiam dignitatem electoris Saxonis complectatur, et ditionem, quam vocant *den chur-craiß* vel *chur-lande*, ita quidem, vt extincto stemmate Saxonico, electoris praerogatiua ad Hassios deuoluatur. Negat hoc BENEDICT. CARPZOV *de pacto confraternitatis Saxonico Hassiaco capite V. th. 58. n. 28. p. 75.* Verum minus recte. Idcirco Hassiae landgrauii inter se pepigerunt, vt si Saxonum stemma exstingueretur; tum honor ac dignitas electoris ei obueneret landgrauio, qui senior, hoc est, natu inter regentes esset maior, reliquae vero prouinciae inter vtrumque principem regentem aequaliter diuidantur. Testatur hoc *der abschied von künstiger successon, da sich ein fall in der erb-verbrüderung zeigete*, de dato *Cassel den 17. ianuar. 1628.*

Interim pactum, de quo dixi, confraternitatis, omnes principes Saxonicos et Hassiacos, eorumque heredes, obligat. Afficit pariter omnia bona, etiam futura, tam mobilia, quam immobilia, quae sententia est BENED. CARPZOV II l. c. th. 55. n. 1. 3. et th. 57. n. 23. Hic porro hac de re ita philosophatur, quod videlicet cuncta confratrum bona statim cum confratribus communicentur, tam quod ad dominium, quam quod ad possessionem, th. 62. n. 16. exceptis triginta millibus florenorum, de quibus libere testari liceret, th. 55. n. 9. Quocirca, qui confratribus viuunt subiecti, ad mutuam homagii praestationem essent obligati, th. 64. Ideo confratres ad mutua auxilia praestanda forent adstricti, th. 65. Filiae, quas vltimus gentis suae post se relinqueret, habento, si plures adiant, quatuor et viginti millia florenorum, sin vero vnica adit filia, augenda dos erit XX. millibus florenorum, vbi denique duae tantum fuerint relictæ, dos X. millibus florenorum superaddenda foret; th. 56. n. 19. p. 75.

Ceterum hoc confraternitatis pactum per nullam dispositionem interuerti, aut diminui potest, nisi vtraque parte consentiente, th. 63. n. 31. Confer, praeter alios, IO. IVST. WINGELMANN l. c. p. 521-545. et, qui auctores, huc facientes, enumerat, BVRC. GOTTH. STRVV in *bibliotheca historica Saxonica* p. 1045. Adde MICH. CASP. LONDORPVM tomo I. *actorum publicorum* capite 47. 48. p. 153. sqq.

XIV. Huc quoque referenda dispositio de successione in comitatum Waldeciae. Testatur de hac re *der abschied über die künstige successon in der grafschafft Waldeck*, de dato 14. dec. anno 1627. quo pacto cautum, vt si feudum hoc fuerit apertum, quocunque id modo accideret, inter vtrumque principem regentem aequalibus partibus, diuidatur. Quod confirmatur pacto de anno 1648. §. 9.

XV. Nec praetermittenda hic erit quaestio, quae de conferendis imperio tributis aliisque possit exoriri. Desinit hoc argumentum *der abschied über die raten und quoten*, de dato den 14. dec. 1627. Magis autem hoc caput illustrat pactio anno 1650. conclusa, §. 5. Quum enim Philippi magnanimi filii computationem delegerint talem, vt, si v. g. viginti numi essent perfoluendi,

Cassellanus daret X., Marburgensis V., Rhinfelfensis II. et Darmstadinus III. Verum, quum obiisset Philippus, duos eius numos aëquis partibus in se receperunt Cassellanus, Marburgensis et Darmstadinus, landgrauii. Quamprimum Ludouicus Marburgicus fato fungebatur, dubia erat eius portio rata. Vultur pactio recentissima de anno 1650. §. 5., vt onera ratione hereditatis Marburgensis soluantur pro rata portione, quam vtrique domui largita est pactio anno 1648. §. 2. conclusa.

XVI. Praeterea primus locus, praecedentiam vocat, vtriusque landgrauii regentis inter se, et ablegatos suos, communis est, quod pacto de anno 1648. §. 7. ita dispositum legitur, vt in conuentibus imperii, circuli, et moneralibus, quos appellant, per vices locum primum occuparet domus vtraque, sic quidem, vt Cassellanus princeps primus esset, in actu primo, actu vero insequentium fedes prior relinquatur Darmstadino. Plura definiunt §. 7. quem modo nominauimus, nec non pactio de anno 1650. §. 1. 2. 3. 4.

XVII. Suffragium, quod in conuentibus deputationum imperii ab Hassiae landgrauis fertur, aequè commune est. Quodsi vero inter se discordant ambo principes regentes; tunc eius principis, qui ex pacti praescripto alterum ordine antecedit suffragio res inter ambo landgrauos decidunt, teste pacto de anno 1650. §. 1.

XVIII. Denique haec commemoranda venit communio Vmstadii, quam communem pro indiuiso cum electore palatino possederunt Hassiae landgrauii. Verum enim vero die 14. Maii anno 1708. conuenit inter Carolum et Ernestum Ludouicum, landgrauos, vt ille huic cederet suam Vmstadii partem, hic vero Carolo quaedam praefecturae Alsfeldiensis loca traderet, videlicet pagum *Holtzburg*, partem pagi *Hattendorf und zwey büße, Crausenberg und Afferoda*. Vtilem hanc permutationem domui Cassellanae fuisse contendunt, quoniam inter Hassos et palatinos controuersa sint multa, et praefectura Vmstadiensis sit plena dissensionis veteris et nouae. Si euolues *diarii Europaei* continuationem VIII. p. 482. 499. et veterum litium videbis velligia, praesertim si inspicias pacta *die Vmstadijsche verträge zwischen Pfaltz und Hessen*, de annis 1521. 1523. 1594. 1650. 1670. Inter recentiores lites e. g. referuntur dissidia, quae catholici excitarunt. Compara *das memoriale an die reichs-versammlung, samt deduction verschiedener von ebur-pfaltz in der gemeinschaftlichen stadt, amt und cent Vmstadt zugefügter grauaminum religionis, von Hessen-Darmstadt übergeben*, anno 1720. vbi p. 11. sqq. historia, qua ratione Vmstadium ad Hassos peruenerit, exponitur, et p. 88. litterae Maximiliani I. imperatoris exhibentur, quibus anno 1504. Hassis quaedam loca Palatini donauit, dein p. 134. legitur formula, qua Vmstadienses, et qui eo spectant, fidem suam Hassiae landgrauio solemniter sacramento obstringere solent.

CAPVT V.

DE

PACTIS PRINCIPALIBVS INTER LAND-
GRAVIOS HASSIAE REGENTES VTRIVS-
QVE STIRPIS.

SVMMA CAPITIS V.

- §. XLII. **D**efinitio pactorum inter Hassiae regentes landgrauios. *no 1638.*
- §. XLIII. *Pactio prima de anno 1568. inter quatuor fratres. Contenta illius.*
- §. XLIV. *Pactum secundum de anno 1627. quod inter domum Castellanam et Darmstadinam factum, cuius capite 28. stabiliuntur duae domus regnatrices in Hassia. Hoc pactum repetitum ac denuo firmatum anno 1628. Idem agitur an-*
- §. XLV. *Pactum tertium inter landgrauios Castellantum et Darmstadinum anno 1648. conditum. Eius contenta. Huic accessit pactum quartum eodem anno, der neben- abschied. Id quod recensetur.*
- §. XLVI. *Pactio quinta de anno 1650. Cuius tenor breuissimis datur, et illa, quae supra §. XLI. sqq. de rebus inter Hassiae landgrauios communibus commentatus sum, illustratur ad huc.*

§. XLII.

PACTA inter principes, qui Hassiam regunt, de quibus mihi hoc capite est sermo, sunt conuentiones landgrauiorum, quibus varia iura inter illos determinantur.

Dico conuentiones landgrauiorum. Quamuis enim eas pactiones, in quibus cardo rei vertitur, ac quae praecipua et principalia sunt, Amelia Elisabetha cum domo Darmstadina fecit, nihilo tamen secius, quam haec tutorio nomine Wilhelmi VI. ageret, idem est, ac si hic pacta, de quibus loquor, ipse condidisset.

Pactio, qua stabiliuntur duae domus regnatrices in Hassia, haec ante omnia commemoranda venit. Est nimirum illa caput XXVIII. pactiois, anno 1627. inter Wilhelmum V. et Georgium II. initae. Verum, ne ordinem chronologiae perturbem, de illo dicam §. XLIV.

De variis iuribus, quae definiunt pacta Hassiaca, de quibus haec sermocinor, ex illis, quae statim hoc de argumento sum commentaturus, liquebit.

E 3

§. XLIII.

§. XLIII.

E pactis, in quibus firmatum est, quod totam Hassiam plures simul regant principes, huc pertinet illud, quod dicitur modo *der erbvertrag*, modo *der brüder-vergleich*, modo *die erbeinigung*.

Nititur illud praecipue testamento paterno Philippi magnanimi, quod seruat 10. CHRIST. LÜNIG tomo IX. *des reichs-archivs* p. 776-788. Conuenierant filii Philippi magnanimi Ziegenhainae, et die 28. Maii anno 1568. de variis capitibus, inter se obseruandis, pepigerant. Vocatur id pactum *der erbvertrag*, item *der brüder-vergleich*, vel *die erbeinigung* inter Wilhelmum IV., Ludouicum IV., Philippum II. et Georgium I. Octo capitibus absoluitur illa pactio. I. Pacificuntur de puritate religionis seruanda, II. de protegenda academia Marburgensi, nosocomijs tuendis, III. de administranda iustitia, de curia prouinciali ac iudicio reuisionis seu tribunali prouocationum, IV. de successione mutua inter principes obseruanda partibus aequalibus inter fratres, renunciatione filiarum, harum legitima et dote, viduarum dotalitio, V. de prouinciae parte absque alterius praescitu non alienanda, VI. de tributis imperio conferendis et mutuo auxilio, VII. de vestigali, *dem gülden-wein-zoll*, VIII. de cura, vt prouincia sit pacata et quieta, IX. de austragis. Lege, si placet, ipsam pactioem apud 10. CHRIST. LÜNIG l. c. p. 789-797. et 10. IVST. WINCKELMANN l. c. p. 506-514.

§. XLIV.

Exstinctis Ludouico et Philippo, tandem conuenit inter domum Cassellanam et Darmstadinam, vt post haec Hassia in duas prouincias diuisa remaneret, et Hassiam vniuersam duo principes, ac horum quisque partem suam, regerent.

Occasione litis de hereditate Marburgensi hoc fuit stabilitum, et quidem primum per pactum die 24. septembris anno 1627. Darmstadii inter Wilhelmum V. et Georgium II. initum. Firmum esse iussit illud Ferdinandus II. imperator. Prostat id passim, v. g. apud 10. CHRIST. LÜNIG l. c. p. 827. sqq. aliosque. Huc potissimum facit caput XXXVIII. quo sancitur, vt in Hassia duae sint domus regnatrices. Vocatur *der baupf-accord*. Huic subiuncta fuerunt varia pacta specialia, quae recensui capite praecedente.

Idem repetitum et confirmatum fuit Cassellis die 1. septembris anno 1628. Vide LÜNIGIUM l. c. p. 848. sqq.

Anno 1638. die 23. Ianuarii vtriusque principis nempe Georgii II. et nomine Wilhelmi VI. matris eius Ameliae Elisabethae delecti, Marburgi coierunt, ac, iterum iterumque illa, quae inter eos conuenierant, rata ac
firma

firma esse declararunt, vt testatur *der vergleich der fürstlichen Hessischen häu-
fer Cassel und Darmstadt in publicis* apud IO. CHRIST. LÜNIG. I. c. p. 876. sqq.
et CHRISTIANVM GASTELIVM *de statu publico Europae* capite XXII.
p. 754-759.

§. XLV.

In primis vero, quae sint Castellanae et Darmstadinae do-
mus iura, exponit pactum *der friedens- und einigkeits-recess*,
quod icerunt Amelia Elisabetha, tutorio nomine Wilhelmi VI.
et Georgius II., interpositione Ernesti, ducis Saxoniae Gothani,
Castellis anno 1648. die 14. aprilis.

Reperitur hoc apud IO. CHRIST. LÜNIG. I. c. p. 905. sqq. CHRIST.
GASTELIVM I. c. p. 747-751. et quos nominavi §. XXXVII.

Superuacaneum foret, epitomen huius pacti primarii iam hic repetere,
dum toties recufum legatur. Sat est heic monuisse, quod hoc pactum in ta-
bulis pacis Westphalicae, articulo XV. §. 13. fuerit in vim legis perpetuae cum
suis annexis confirmatum, atque eiusdem plane sit roboris ibi iudicatum, ac
si verbis totidem in tabulis pacis legeretur, nec a partibus tranfigentibus, nec
aliis quibusuis, sub praetextu siue iurisiurandi, siue alio quocunque, vlllo
vnaquam tempore conuelli possit, quin immo ab omnibus, etiam si aliquis e
pacifcentibus vel agnatis eam confirmare forte detrectet, exactissime obser-
uari debeat:

- §. I. Domui Castellanae adscribitur comitatus Cattimelibocensis inferior cum
dynastia Smalcaldienſi et huius omni causa. De praefectura Braubaco et
dem kirchspiel Catzenelnbogen agitur.
- §. II. Domui Darmstadinae cedit portio Giffensis ex hereditate Ludouici IV.
Portio Marburgensis ita diuiditur, vt Castellani dimidiam eius partem seu
quartam totius hereditatis ab intestato, et ratione alterius dimidiae par-
tis, vel quartae, nanciscantur portionem prouinciae, quae aestima-
ta fuit 25565. flor. 6. alb. 6 $\frac{1}{4}$ num. Reliqua cedunt Darmstadinis.
- §. III. De debitis exsoluendis agitur.
- §. IV. Marburgum vrbs et arx Castellanae domui attribuitur; Darmstadini
vero in huius compensationem 60000. flor. nanciscuntur. Academiam
Marburgensem communem esse, placet. Quod tamen dein mutatum fuit.
- §. V. De religione statuitur, vt euangelici, qui Lutherani vulgo vocantur, in
principatu superiore tranquille viuant, reformati autem, si in hoc vel illo
loco coetus adesset, saluo Lutheranorum exercitio religionis, cultus suae
religionis liber esto.
- §. VI. De vassallis agit, e quibus comitum Solmensium, Bratunfelsensium, et
Lichensium feuda Hassiaca, nec non e nobilibus gentis Rau de Holzshau-
fen et *Schutzbar genant Milchling zu Treysa*, domui Castellanae; Wit-
genstci-

- gensteinensium comitum feuda autem et gentis, quae vocatur *Nordeck zur Rabenau und Lendorfer grund*, ita enim legendum tam apud LÜNINGIVM, quam apud GASTELIVM, cedant Darmstadinae.
- §. VII. De priore sede, vulgo praecedentia statuitur.
- §. VIII. De communiione vectigalis et portorii.
- §. IX. De inuestitura comitatus Waldeccensis, a seniore principe regente, concedenda.
- §. X. De actis aliisque instrumentis inuicem extradendis.
- §. XI. De variis praestationibus, v. g. *überschuß an der trunck-steur, Rheinsel-fischen baukosten, soldaten-steuren, Limburger steuren*, cet.
- §. XII. De feudis apertis et a Georgio II. iterum in feudum concessis, iis relinquendis, qui ea sunt adepti. Varias limitationes huius rei.
- §. XIII. Amnestia generalis ipsis placet pacifcentibus.

Huic pactiōi accessit *der neben-abschied zwischen Hessen-Cassel und Hessen-Darmstadt de dato Cassel die 14. aprilis anno 1643.*, quem edidit dn. IOAN. GOTTFR. DE MEIERN tomo V. *actorum pacis Westphalicae* p. 684-687. vbi

- §. I. disponitur, vt reformati in comitatu inferiore Cattinelibocensi et oppido ac praefectura Smalcaldensi simultaneo fruantur religionis exercitio.
- §. II. De termino summae pecuniae, a Castellanis numerandae.
- §. III. De ratione debitorum quorundam exsoluendorum.
- §. IV. De auertendis belli calamitatibus.
- §. V. Darmstadini accedunt pacto, quod anno 1633. die 11. aprilis cum Waldecciae comitibus Christiano et Wolrado, inierant Castellani.
- §. VI. Firmat pactum Rhenofellense.
- §. VII. Arci Gurtensels, Pfalz et oppido Caub praesidium immittere, conceditur Castellanis.
- §. VIII. Hi stipulantur restituere supellectilem, coniugi Georgii II. ablatam.
- §. IX. Alter ab altero de pecuniis ex vectigalibus redactis, rationes reddi, haud postuler.
- §. X. De tributis quibusdam provincialibus statuit.
- §. XI. Coenobium Hachbornense Castellanis adscribitur. De inuestitura feudorum Godelsheim et Gronenbeck idem placet, quod de inuestitura comitum de Waldeck §. 9. pacti de anno 1643. est dispositum. Primus locus per vices, alternationem vocant, vtrique landgrauio et eius delectis, in visitationibus academiae Marburgensis, iudicii aulici, reuisionis et nosocomiorum, communis esto.
- §. XII. De professoribus academiae Marburgensis agitur.
- §. XIII. De restituenda Darmstadinis arce et praefectura Orsberg, quod Galli derinebant.
- §. XIV. Placuit, vt pacta transactioni de anno 1627. adiecta, *die neben-verträge* (§. XLIV. sq.) per delectos reuideantur et hinc inde mutentur.

§. XLVI.

§. XLVI.

Eum in finem delecti coierunt, quorum cura et labore factum, vt pactio noua fuerit inita, cui anno CIO IOCL die XIX. februarii, subscripserunt Amelia Elifabetha et Georgius II. Hassiae landgrauius.

- §. I. disponitur de rebus, ab Hassiae landgrauis, in conuentibus deputationum imperii obseruandis, vbi vtriusque domus iura, hac de re, definiuntur.
- §. II. de rebus feudalibus, *den samtleben*, eorum inuestitura et renouatione agit, et quae inter ambos landgrauios hac in parte sint obseruanda, proponit.
- §. III. consensus prouinciales totius Hassiae definit.
- §. IV. late disponit de vestigali et portorio, *dem gülden-wein-zoll und Bopparter vuartpfennig, von zollschlüssen*, cet. De hisce rebus, quae indiuisa fuerunt relicta, quo etiam synodi spectant, consulas velim THEODORVM REINKINGK de *regimine seculari et ecclesiastico* libro I. classe IV. cap. XVII. n. 24. et IO. NIC. HERT de *specialibus R. G. I. rebus publicis* §. 15. p. 120.
- §. V. de tributis, imperio conferendis, tractat.
- §. VI. feuda, in cuiusuis principis territorio sita, huic attribuit. Si quis vasallorum, in vtroque territorio feuda possideat, ea petat a principe, in cuius prouincia sunt sita. Cautum tamen, ne talis hoc modo duplici taxa oneretur, sed cuius principi, secundum feudorum proportionem, soluat illam.

CAPVT VI.

DE

IVRE PRIMOGENITVRAE IN VTRAQVE
DOMO HASSIACA INTRODVCTO.

DELINEATIO CAPITIS VI.

- §. XLVII. **D**efinitur primogenitura landgrauiorum Hassiae. Explicatur haec definitio.
- §. XLVIII. Fata iuris primogeniturae Hassiacae ante Philippi magnanimi tempora.
- §. XLIX. De successione graduale, in Hassia exule.
- §. L. Fratris filius ante patrum successit.
- cedit. Nec aetatis habetur ratio, sed lineae.
- §. LI. De iure primogeniturae Darmstadtinorum,
- §. LII. nec non domus Cassellanae.
- §. LIII. Fuere tamen non nulli, qui ius primogeniturae Hassiacae negarunt, quare id denuo legibus imperii stabilitur et multa illi coercentur, qui secus stauerunt.

F

§. XLVII.

§. XLVII.

PRIMOGENITURA, apud Hassiae principes conspicua, est ius, quo ille landgravius, qui secundum genituram linealem, principi regenti defuncto, proximus est, in territorium ab hoc relictum, eiusque iura, vi pactorum Hassiae, solus, succedit.

Quilibet videt, me de primogenitura, quae inter landgravios ambos regentes observatur, heic loqui.

Per *genituram linealem* indigito successionem linealem, quae in Hassia viget §. XLIX. Ergo gradualis, quam vocant, successio, exulat in Hassia. Dein genitura linealis indicat, quod, si successor defuncti solus sit, et nullos habeat fratres, ille tanquam primogenitus consideretur.

Dico *territorium a defuncto relictum*, quia non tantum de illo casu loquor, quamdiu scilicet utraque stirps Castellana et Darmstadina floret, sed etiam de illa quaestione sermo est, ubi sit, ut, vno stemmate extincto, binae Hassiae provinciae ad vnum principem regentem, sicut tempore Philippi magnanimi, deveniant.

Per *iura innuo* successionem, quae Hassis ex pacto confraternitatis competit (§. XLI. fch. 13.). Dein apanagiatos heic indigito, quatenus successuri sunt olim. Immo quidam ex iis, de primogenitura inter se observanda, iam litigant hoc seculo §. LVI. p. 48.

Verba, *vi pactorum* notant formam primogeniturae Hassiacae, quam ipsi dant pacta §. LI. LII.

§. XLVIII.

Quae ratio fuerit olim iuris primogeniturae in Hassia, hic pertractare, non vacat.

Otiuum mihi fecit dn. PRAESES in *originibus iuris publici Hassiaci* capitulo VII. §. 66. p. III. ubi vulgares hac de re errores iuris publici interpretum, profligavit.

§. XLIX.

Hoc certum est, quod controuersia de successione lineali et graduali, quae alias maximopere agitur his in casibus, exulet omnino in Hassia.

Firmat, quae dixi, formula iurisiurandi, qua fidem suam obstringunt subditi principibus Hassiae. Nam in utroque Hassiae landgraviatu, principibus, eorumque posteris, secundum linealem successionem, homagium dicunt subditi. Vide 10. NIC. HERT *de specialibus R. G. I. rebus publicis* §. 9. p. 113. in pre-

inprimis autem verba caesaris Ferdinandi II., qui Castellanos ius primogeniturae confirmavit, apud IO. CHRIST. LÜNIG. l. c. p. 847.

§. L.

Non dubium ergo est, quin fratris filius patruo in Hassia, quod ad successionem, sit antehabendus. Idem, si princeps regens, qui stirpis suae est ultimus, decedat, tum agnatus, qui propior istius lineae, non qui aetate potior est, ipsi succedit.

Consentit mecum IO. NIC. HERT l. c. §. 9. p. 113.

§. LI.

Landgravi palmitis Darmstadini, post tempora Philippi magnanimi, primi fuere, qui de iure primogeniturae introducendo solliciti erant.

Ludovicus enim V., Philippus III. et Fridericus de iure primogeniturae, in portione Darmstadii stabilienda, cogitarunt, et hunc in finem pactum fecerunt Darmstadii die 13. Augusti, anno 1606., ut primogeniturae ius inter ipsos et posteros suos vigeret. Adsumtum suum huic pacti dedit Rudolphus II. imperator die 29. Maii anno 1608. Verba pacti, quod vocatur *die Hessen-Darmstädtische erbeinigung*, huc faciunt sequentia: *daß unter uns und unsern nachkommen, unsern lieben fürsten zu Hessen, nit mehr als ein regierender herr sey, die andern aber sich nach gelegenheit der land, mit geld oder in andere vwege, ablegen lassen sollen, cet.* Evolve IO. CHRIST. LÜNIG. l. c. p. 812-816. et IOACH. MEIERI *corpus iuris apanagii et paragii* p. 67.

§. LII.

Accesit huic pacto domus Castellana, quum transigerent anno MDCCXXVII. cum Darmstadinis. Cuius iuris primogeniturae confirmationem a Ferdinando II. imperatore, impetrauit.

Placuit Castellanis et Darmstadinis, quum anno 1627. inter se pacifecerentur (§. XLIV.), ut in utroque landgraviatu ius primogeniturae vigeret. Legge §. 23. pacti, de quo dixi. Egit ergo id Wilhelmus V., ut caesar ius primogeniturae in domo Castellana haberet ratum. Fecit hoc is die 3. Junii 1628. Compara IO. CHRIST. LÜNIG l. c. p. 846-848.

In tabulis pacis Osnabrugensis articulo XV. §. 15. ius primogeniturae Castellanus et Darmstadinum fuit denuo firmatum.

§. LIII.

Subit igitur mirari, cur aliqui fuerint, qui non dubitarunt

runt affirmare, reapse ius primogeniturae inter landgrauios stirpis vtriusque non esse receptum.

I. Est is auctor *des kurtzen begriffs*, qui libellus pro Ioanne, landgrauio, palmitis Homburgici, fuit conscriptus et prodit anno 1649.

II. Ernestus quoque Rhenofellensis, inter Castellanos ius primogeniturae vigere, negabat. Verum enim vero caesar et imperium aliter ac recte, hoc de argumento, sentiebant. Quare in recessu imperii de anno 1654. §. 188-190. statuebatur, ius primogeniturae tam in domo Castellana, quam in Darmstadiana, omnino valere. Et, qui secus sentiret, ac id impugnare ausus fuerit, multam quingentarum marcarum auri luat. Compara IO. FRIDER. PFEFFINGER. tomo IV. *Vitriarii illustrati* p. 185. et FRID. CAR. VOIT A SALZBURG *de emolumentis territoriorum germaniae ex iure primogeniturae descendentibus* §. 59. p. 87. 88.

CAPVT VII.

DE

APANAGIATORVM PRINCIPVM HAS- SIACORVM IVRIBVS.

ARGVMENTVM CAPITIS VII.

- §. LIV. **C**onnexio. Definitio apanagii et principis apanagii Hasfici. Denominatio horum landgrauiorum.
- §. LV. Expertes sunt iuris superioritatis territorialis in suis dittonibus. Conditio vetusta apanagiatorum in germania. Vasalli erant, vel in conuictu primogeniti vivebant.
- §. LVI. De apanagiatibus stirpis Castellanae triplicis generis. Regis Sueciae fratres serenissimi. Wilhelmi landgrauii encomium. De Philippsthalensibus et Rotenburgicis. Horum origo, controuersiae, et pacta cum domo Castellana. Frustra se paragiatos esse, a firmant. Lis, quam de praesidio Rhenofellensi absque causa Castellanis mouerunt. Iura Rotenburgicorum.
- §. LVII. Apanagiatum stemmatis Darmstadini. Ludouici VIII. patrum bini. Landgrauii Homburgenses. Horum origo, apanagium et iura, nec non lites cum Darmstadinis et aliis. Fabula de apanagiatibus Bingenheimensibus hodiernis.

§. LIV. Pri-

§. LIV.

PRIMOGENITVRAM et apanagium esse relatiua, constat inter omnes. Quare ratio, cur nunc de apanagiatis principibus Hassiae et horum apanagiis, quaedam sim dicturus, est in aprico. Interim per apanagium innuo illa iura et fructus, quae primogenitura regens iis e gente sua, quorum respectu est primogenitus, vi factorum praestare debet. Igitur facile nunc patet, quod apanagiatus Hassiacus sit princeps, e gente primogeniti, cui absque superioritate territoriali, vi factorum, competunt fructus et iura determinata, ad quae praestanda, primogenitus regens, est obligatus.

I. Apanagium dico fructus, vt tam annuam pensionem indicem, qua fruuntur patri bini Ludouici VIII. landgrauii, qui Hassiam Darmstadinam hodie regit, quam praefecturas, quibus gaudent Rotenburgici et Homburgicos habito, pactis iam sit determinatum, quatenam iis competant. *Primogenitus* regens proprie apanagium largitur illis, qui sunt e gente sua prognati. Etenim quamdiu parens viuit, alimonia filiorum proprie apanagium appellari nequit. Idcirco abstinui in definitione a vocibus *princeps regens*.

II. Quum anno 1707. in aula caesaris inuestitura esset renouanda, de vocabulo *apanagium* dubia quaedam mouebantur. At imperator statuebat, vtendum esse vocibus: *abgetheilte und abgefundene herrn*. Vide *reichsbuchraths-conclusa* tomo I. p. 283.

§. LV.

Superioritas territorialis nulla competit apanagiatibus, qui olim germani et galli eos, instar vasallorum primogeniti regentis, habebant. Fiebat quoque, vt apanagiari interdum in conuictu apud primogenitum regentem, viuerent. Vbi vero aliquid regionis eis fuit adscriptum, hac fructuum et reddituum loco tantum utebantur.

I. Quod apanagiati inter vasallorum numerum primogeniti regentis quondam fuerint relati; id manifestum est e doctrina de fratragio, frerage, quam explicuit CAROL. DV FRESNE dissertat. III. ad IOINVILLAM p. 61. sqq. editionis Pistorianae. Firmat etiam quae dixi, Rupertus II. palatinus, diplomate anno 1395. scripto, qui sic disposuit, vt apanagiati regiones suas accipiant a primogenito; *zu rechten manneben empfaben haben, tragen und verbunden seyn sollen*, cet. Lege CAR. LVD. TOLNERI *codicem diplomatic. palatinum* p. 134. b.

II. Etiam in conuictu apud primogenitum regentem vixisse apanagiatos, edocent litterae Ruperti palatini, apanagiati, quas seruat idem l. c. p. 162. et pactum *die Hessen-darnstädtische erbvereinigung* de anno 1608. §. *vvir landgraf Ludvwig* cet. apud IOACH. MEIERVM in *corpore iuris apanagii* p. 68.

III. Primogenitus audiebat *der herr*, TOLNER l. c. p. 134. 135. et hic dominus erat directus omnium vassallorum, quos habebant apanagiati, l. c. Quis inde non videt, exulare heic, quae de superioritate territoriali apanagiatorum fonniant. Immo, si quae iura ipsis relinquebat primogenitus, haec tamen administratio tantum nomine exercebant apanagiati, teste IO. NIC. HERT *de specialibus R. G. I. rebus publicis* §. II. p. 115. Vide sis quoque dn. IO. PETR. DE LVDEWIG tomo II. *consiliorum Halensium* libro II. conf. LIX. n. 30.

§. LVI.

Serenissimae gentis Cassellanae apanagiati, praeter augustissimi regis Sueciae Friderici fratres, sunt Philippsthalenses et Rotenburgenfes.

I. Rex Sueciae fratres habet Maximilianum et Georgium, qui Cassellis commorantur. Wilhelmus autem landgravius est princeps, qui Wilhelmi sapientis et Ameliae Elisabethae, heroidis, vestigiis insitens, Hassiae cassellanae prouincias, nomine regis, feliciter ac prudenter iam regit.

II. Philippsthalenses originem debent Philippo, Caroli landgrauii fratri, qui Philippsthalii, sedem habuit. Ex hoc superfunt duo fratres Carolus et Wilhelmus, quorum is vt plurimum in Hoffatia commoratur, hic vero solet habitare Barchfeldiae. Reformatam hi colunt religionem.

III. Quod ad Rotenburgenfes attinet, hi nomen principum Rotenburgenfium aegre tulerunt, quo ipsos compellauit domus cassellana, vide *electa iuris publici* tomo XIV. p. 422. Horum parens communis est Ernestus, Mauritiū filius natu minimus, qui fati concessit anno 1693. et romanae religioni se addixit. Nouercae precibus defatigatus Wilhelmus V. singulari plane ac inusitato fauore, stipulatus est fratribus suis consanguineis quartam tam praesentium, quam futurorum bonorum absque onere, sunt verba pacti de anno 1647. §. 3. p. 65. apud IOACH. MEIERVM l. c.

IV. Caue autem, vt IO. HENR. LOMBARDIO credas l. c., qui hanc inde elicit consequentiam, ac si hoc indicaret paragii speciem. Alia landgrauiorum Rotenburgicorum argumenta tradunt *electa iuris publici* tomo XIV. p. 421. f. 19. Sed vero haec quarta est instar fructuum §. LIV., isti fructus maiores vel minores esse queunt. Maius vel minus nec variat speciem, adeoque nec iura, quae apanagiato relinquuntur, quippe qui, iure tantum administratio, illa exerceat §. LV. f. 3. Ergo non sequitur, vt octodecim species iuris, quas Ernesto concessit princeps regens, ac quae enumerat ADAM CORTREIVS in *q̄s̄s̄nationibus ad Rysvicensis pacis tabulas* p. 358. 7. faciant superioritatis indicium.

cium. Confer *electa iuris publici* tomo XVIII. p. 400. sqq. Potius ex nullo alio, quam, vt dixi, administratorio iure ea possident. Praesertim quum princeps regens praecipua iura et maxima, quae leguntur apud MEIERVM I. c. p. 56. sibi referuauit. Immo ipse LOMBARDIVS I. c. p. 109. in notis ad SPRINGSFELDIUM lit. xx. faretur, quod in domo castellana non nisi vnus sit regens, in tota autem Hassia saltem duo regentes landgrauii conspiciantur. Id quod etiam colligitur e litteris caesareis, quibus primogenituram domus castellanae anno 1628. confirmauit, vid. 10. CHRIST. LÜNIGIVM I. c. p. 847. in fine, et formulam sacramenti *den buldigungs-revers*, quo senatus populusque Rotenburgensis suam fidem obstringunt Hassiae landgrauio, apud eundem I. c. p. 920. Docent quoque hoc litterae, reuersales vocant, quibus fidem stipulantur principi Castellano officiales landgrauiorum Rotenburgicorum, loc. cit. p. 926.

V. Multas interea lites excitauit ille Ernestus. Clara erant et definita eius iura apanagii, et confirmata iterum per pacitionem anno 1628. factam, quam seruat LÜNIG I. c. p. 848-852. Sed nondum quiescebat ille. Quare res tandem per nouam transactionem Ratisbonae die 1. ianuarii anno 1654. inter Wilhelmum VI. et Ernestum Rotenburgicum, vulgo Rhenofelsensem, fuit decisa, quae legitur I. c. p. 910-917. et confirmata per recessum imperii de anno 1654. §. *als vord.* 189. Anno 1660. die 8. Maii inter eosdem fuit transactum de iuribus profanis et ecclesiasticis, prout patet e LÜNIGIO I. c. p. 917-919. Tenorem prioris pacti refert 10. NIC. HERT *de commentitiis apanagii et paragii distinctione* §. 23. p. 132. sqq. De pacto, intuitu religionis anno 1656. inito, lege ANT. FABRI *staats-cantzelley* tomo XXXVI. p. 497. atque *electa iuris publici* tomo XIX. p. 562.

VI. Quum igitur principes Rotenburgici sint apanagiati, per §. 28. pacti principalis de anno 1627. (§. LVI. schol. 3.), et domui Castellanae competat ius superioritatis territorialis, sequitur ex his, vt ad hanc quoque spectet ius praesidii in loco munito, Rhenofelsa. Quandoquidem extra omne dubium est positum, quod principes Rhenofelsenfes haud valeant adimplere §. 3. pacti, anno 1654. initi. Hoc vero casu per ea, quae tradit HVG. GROTIUS *de iure belli et pacis* libro III. capite XIX. §. 14. res in eum statum, quem praescribit pactum de d. 2. Aug. anni 1648. §. 1. iterum peruenisse, nemo non animaduertit. Illustrat, quae dixi, constitutio Rupertina apud CAR. LVD. TOLNERVM I. c. p. 133. vbi primogenito disertis verbis, ad mores medii aevi, tribuitur ius praesidii et aperturae in castris apanagiatorum. Quapropter facile consutari poterunt ea, quae leguntur tomo XXXII. ANTON. FABRI *staats-cantzelley* p. 340. 433.

VII. Quoniam vero Gallorum intererat, ne Rhenofelsae praesidium viribus validum, ac numerosum immittatur, et ne munimenta conferuentur, ad hoc enim Rhenofelsensum reditus haud sufficere, optime norant, artibus illorum, et cardinalis Fürstenbergii instigationibus, quorum amicitiam coluerat

Erne-

Ernestus, factum est, vt §. 45. pacis Rysuicensis cautum legeretur: „Rhenofelsam principibus Rhenofelsensibus restituendam, saluis domus Castellanae iuribus. Quod de propensione Ernesti in Gallos dixi, probat ANT. FABRI *staats-cantzellej* tomo XXXII. p. 340.

VIII. Quum vero imperii ordines maximum periculum, quod inde germaniae immineret, animaduertissent, et galli Rhenofelsam anno 1692. obsiderent, factum est, vt Caroli landgrauii Castellani custodiae et curae haec munitione cederet iterum. Vide litteras Leopoldi caesaris anno 1703. scriptas ad principes Rhenofelsenses, cur Carolo landgrauio commissa fuerit cura munimenti Rhenofelsae apud ANT. FABRVM tomo XVI. *der staats-cantzellej* p. 391. confer etiam tomum V. p. 374. sqq. et tomum VI. p. 759. sqq.

IX. Verum enim vero, quod mireris, anno 1718. cedere cogebatur Carolus landgrauus, et in hoc munimentum principes Rhenofelsenses intromittentur, de qua re satis abunde testantur aetorum publicorum collectores, v. g. ANTONIVS FABER tomo XXXIII. XXXIV. l. c. et *electa iuris publici* tomo XII. p. 374. sqq. 575. 691. tomo XIII. p. 99. sqq. tomo XIV. p. 51. sqq. tomo XV. p. 101. sqq. tomo XVI. p. 262. sqq. tomo XVII. p. 73. sqq. tomo XVIII. p. 34. sqq. Confer etiam *das schreiben eines Bayerischen von adel über den jetzigen staat von Rheinfels*, qui libellus prodit anno 1718.

X. Quum interea galli anno 1733. germaniam bello laceferent, caesar magno opere censebat, admodum fore periculofum, nisi domui Castellanae iterum crederetur cura et custodia huius munimenti. Evolue *speciem facti den gegenwärtigen zustand der festung Rheinfels betreffend*. 1735. fol.

XI. Loca, ad Rhenofelsensem ditionem spectantia, vna cum iure praesidii in Cuba (§. XLV. p. 49.) recenset auctor *des schreibens*, quem modo dixi, p. 56. Reliqua, quae ad apanagium Rotenburgicorum referuntur, percentet pactum de anno 1628. apud LÜNIG. *im reichs-archiv* l. c. p. 849. 850.

XII. An iure gaudeant fanciendi et statuta consiendi, de rebus ad politiam faciendis? vide ANT. FABRI *staats-cantzellej* tomo XXXIX. p. 479.

De austraegarum forma, quam filius suis praescripsit Ernestus, compara MEIERVM l. c. p. 108. lit. rr.

De iure primogeniturae, vtrum inter principes Rotenburgicos vigeat, hi inter se certarunt, prout docent libelli, quos commemorat LÜNIG in *bibliotheca deductionum* p. 279. sq. Vt familiam diuidant Rhenofelsenses, iussit imperator anno 1700. vide *merckwürdige reichs-hofraths-conclusu* tom. II. p. 243. sq.

Ipsos ad alendas sorores obligatos censuit imperator anno 1716. l. c. tomo IV. p. 413. et tomo VI. p. 521. sqq. de illarum dote autem prospiciunt ambo landgrauii regentes (§. XLI. schol. 6.).

XIII. E landgrauis Rotenburgicis hoc tempore, Ernestus Rotenburgus, Christianus autem Eschwegam, inhabitant. Hic cum Ferdinando Alberto et Ernesto Ferdinando e domo Brunfauicentium Beuerana, ratione Eschwegae transegit anno 1713. quippe quam ob illata, donationem propter nuptias et morgengabam

gengabam retentionis et hypothecae iure haec possederat huc vsque. *Euolue electa iuris publici* tomo XIII. p. 178.

§. LVII.

Praeter principes Homburgicos, duo patruos habet Ludouicus VIII. landgravius Darmstadinus, qui in numerum principum apanagiarum huius stirpis, sunt referendi.

I. Fratres Ernesti Ludouici, nuper fato functi, supersunt Philippus et Henricus, vterque catholicus, quibus annua soluitur pensio. Vltimus licet iam Butisbaci habitet; ibi tamen nihil habet apanagii, vel iuris exercendi.

II. Quod ad gentem Homburgi. am attinet, haec nomen est sortita ab oppido Homburgo *vor der Höhe*, quod aliquor milliariis a Francofurto abest. Et frustra sunt, qui hunc palmitem vocant Bingenheimensem. Bingenhemium enim hodie Darmstadiuo pareo landgrauio. Haec autem huius stirpis est origo. Georgius I. genuerat Fridericum, cuius nepos est Fridericus Iacobus, landgravius, qui Homburgi, vt dixi, iam commoratur, atque reformatae fidei dogmata sequitur. Hic filium genuit Ludouicum Ioannem Wilhelmum Grunonem, qui magnus Russorum dux est, cuius laudes nuper admodum extulit dn. AVGVSTIN. LEYSER tomo IX. *meditationum ad ff.* quem illi sacrum esse, voluit. Friderici Iacobi frater erat Casimirus Wilhelmus, ex quo superses est filius Fridericus Ludouicus Carolus Wilhelmus.

III. Pepigerat anno 1606. (§. LI. schol.) Fridericus landgravius cum fratre suo Ludouico V. natu maximo, et stipulatus erat sibi loco apanagii, annuum pensionem viginti millium florenorum.

IV. Repetitum, sed quodammodo mutatum fuit hoc pactum anno 1622., cuius tenorem habes apud IOACH. MEIERVM l. c. p. 533. vbi pro minuenda pensione, oppidum et praefectura Homburg, cum variis iuribus Friderico tradita, leguntur. Fuerunt tamen, qui aliquando his principibus persuadere ausi sunt, quod non sint apanagiati (§. LIII. schol.).

Immo AVGVSTVS HOFMANNVS in odium Darmstadini landgrauii, sub quo meruerat, paragiatis esse Homburgicos principes, publice defendere non est veritus, prout testatur eius consilium hac de re, quod proffat apud IOACH. MEIERVM l. c. p. 533-538. Ast irrito et vano plane conatu. Nam vbi pacta cum apanagiatis inita reperiuntur, ea sic debemus interpretari, vt statuamus illis nulla iura competere, quam quae pactum eis dedit, verbis expressis. Praefertim, quum apanagiati superioritate territoriali carent, et quidquid habent iuris, id administratorio nomine exercent.

V. Inter haec iura Homburgicorum landgrauiorum, refertur munus *des obersten ewaldboten in der Seulburger und ober-Erlenbacher mark*, de quo loquuntur deductio contra L. B. ab Ingelheim anno 1715. in folio edita, et IO. IVST. WINCKELMANN l. c. p. 136. sqq. De litibus, Darmstadinis occasio-

ne festi secularis motis, agit AVG. HOPMANN l. c. et de aliis legere potes-
tomum II. *der reichs-hofraths-conclusorum* p. 238. 199. Qua ratione composita
fuerit controuersia de proedria, *rang*, docet ANT. FABER tomo XVI. *der*
staats-cantzellej p. 397. 199. Lis de iure factorum cum barone iam comite ab
Ingelheim in Burgholtzhausen, vulgo Holtzhausen, legi potest in *electis iuris*
publici tomo XV. p. 835. vbi loco *Hessen-Darmstade* per errorem dictum *Hes-*
sen-Cassel.

VI. In domo Darmstulina per pactum de anno 1606. cautum legitur, vt
summa apanagii definiatur arbitrio *der ritter und landsehaft*. Adi 10. CHRIST.
LÜNIG. *collectionem nouam von der mittelbaren ritterschaft in Teutschland* to-
mo II. col. 807.

CAPVT VIII.

DE

AVSTRAEGIS ET POTIORIBVS IVDI- CIIS HASSIACIS.

CONSPÉCTVS CAPITIS VIII.

§. LVIII. LIX.

Definitio austrae-
garum Hassia-
corum. Etymo-
logia et origo eorum, nec non forma
et numerus et locus et iururan-
dum duplex. De scriba. De aus-
traega vnde-vicesimo. Oratores
causae. Director iudicii huius.
norma secundum quam causam
tractant. Sententia eorum.

§. LX. LXI. Ab hac prouocare non
licet. Dissidia Ludouici VIII. et
Wilhelmi, landgrauiorum, de vsu
hodierno austraeagarum. De vetu-
state austraeagarum Hassiacorum.
Differentia eorum ab austraeagis
legalibus.

§. LXII. De iudicio aulico Marbur-

gensis, *samt-hofgericht*. De eius
iurisdictione et causis et personis,
eius foro subiectis. De appellatio-
ne ab hoc iudicio. De visitatione
eius annua.

§. LXIII. De iudicio reuiforio, *samt-*
revison-gericht. De loco, vbi ce-
lebratur. Fere consentanea sunt
iura landgrauiorum cum electori-
bus, hac in parte. Qui hoc iudi-
cium elegit, nullo remedio, quod-
cunque sit, vti potest, quod alias
ad summa imperii tribunalia eun-
di licentiam dat. Ideo a denega-
tione reuifionis, vel transmissionis
actorum, ad iudicia imperii pro-
uocari nequit.

§. LXIV. De iudicio appellationum
Cassella-

Cassellano et Darmstadiuo. Singulare de regimine Giffensi hac in parte. Solemnia appellationum.
 §. LXV. De iudicio feudali Hassiaco.
 §. LXVI. De consistoriis in Hassia, eorum iurisdictione, et agendis Hassiacis.
 §. LXVII. De iudicio honorato criminali.
 §. LXVIII. De iudiciis criminalibus ceteris. Rara actorum criminalium transmissio, respectu ad pro-

uincias Saxonicas et alias regiones habito.
 §. LXIX. De usu iuris communis, quod ad causas et processum in Hassia.
 §. LXX. In prima instantia causae de simplici ac plano pertractantur. Hinc nulla ibi transmissio actorum, nisi perraro. Nec regimina tam facilia sunt in transmittendis actis, quam alibi locorum. De antiqua Hassiae iudiciorum forma.

§. LVIII.

AVSTRAEGAE Hassiaci sunt arbitri, quos landgrauii, ob causas inter ipsos controuersas, ex praescripto pacti eligere, ac illorum decisioni absque vlla prouocatione stare debent.

I. Hos austraegas dictos a voce *austragen*, id est rem decidere, esse arbitros, statuo; quoniam Philippus magnanimus eos ad mores germanorum suis filiis commendauit. Verba testamenti seruat IO. CHRIST. LÜNIG in *collectione noua von der mittelbaren ritterschafft* tomo II. col. 803. Hos vero, austraegas lites suas arbitris decidendas commisisse, docuerunt NIC. HIER. GÜNDLING in *digestis* libro IV. tit. VIII. §. 9. p. 407. et dn. IO. AD. KOPP in *der probe des reutischen lehnrechts* p. 63. sqq.

II. Tabulae testamenti Philippini iusserant, vt iudicium austraegarum constituerent Hassiae landgrauii, si quid inter ipsos suboriretur controuersiae. Placuit hoc quoque filiis Philippi magnanimi. Quare pacto de anno 1568. cautum legitur, vt lites, quae inter ipsos eorumque successores et posteros mouerentur, per arbitros seu austraegas, finirentur.

III. Quamobrem actoris est, eligere IV. nobiles, landfassios Hassiacos, IV. senatorii ordinis homines, ex suis vel fratrum oppidis, et iureconsultum, adfessorem iudicii aulici. Reus vero totidem nobiles et fenatores atque vnum iuris peritum ex curiae provincialis adfessoribus, nominat. Tandem vtraque pars, professorem iuris academiae Marburgensis ad hoc iudicium, intra spatium sex hebdomadam, eligere debet. Vid. IO. CHRIST. LÜNIG l. c. col. 805.

IV. Hos arbitros siue austraegas vndeviginti aut in oppido, ad reum spectante, aut alio loco, qui litigantibus placuerit, tempore, de quo inter partes conuenerit, iudicium hoc austraegarum inchoare, et ad normam processus communis, causam tractare ac tandem eam definire, oportet.

V. Antequam hi ad rem progrediuntur; vtraque pars landgrauiorum litigantium declarat, se auftraegas a iureiurando, quo alias ipsi obstricti sunt, liberos esse velle. Probat hoc *die vollmacht herrn Ludwigs des jüngern, herrn Philipps und herrn Friedrichen landgrafen zu Hessen, die niedergefetzte austrägliche richter ihrer vorigen psicht zu entlassen, und mit einem neuen eyd zum gericht zu qualifciren.* Quod mandatum scriptum legitur Marburgi die 1. Novembris 1604.

VI. Posthaec speciali sacramento fidem suam adstringere debent auftraegae, se iuste, dextre, et ingenue iudicatos.

VII. Sed hoc iusiurandum nondum sufficit. Nam collegium auftraegarum quemuis focium, peculiari sacramento de silentio obseruando, adstringere solet.

VIII. Dixi scholio III. quod vtraque pars landgrauiorum litigantium, praeter nouem arbitros, professorem iuris nominet ad hoc iudicium. E duobus professoribus, auftraegae per maiora suffragia, vnum deligunt. Sic in controuerfia de Marburgensi successione, Mauritius Castellanus, Ioannem Goeddaeum, professorem iuris in academia Marburgensi nominabat, domus autem Darmstadina Antonium Gothofredum commendabat. Verum auftraegae Goeddeum quem dixi, seligebant.

IX. Auftraegae, quum de hereditate Ludouici IV. lis esset inter landgrauios, fuere sequentes:

Wegen landgraf Moritzen.

1. Johann Clauer, ober-vorsteher der hohen hospitalien.
2. Eckbrecht von der Malsburg.
3. Otto Wilhelm von Berlipfch, ober-ammann zu Rheinfels.
4. Alsinus von Buttlar.
5. Johann Bischoff, hof-gerichts-rath.
6. D. Georg Hess, burgermeister zu Cassel.
7. Johann Rübenkönig, burgermeister zu Homberg.
8. Joseph Haradlmann, burgermeister zu Geismar.
9. Wolff Badenhausen, burgermeister zu Grebenstein.

Wegen Hessen-Darmstadt.

1. Johann Riedesel, erb-marfchall zu Hessen.
2. Johann von Dalwig, hof-richter.
3. Sittich von Berlipfch, stadthalter.
4. Hans Philipps von Busck, ober-ammann zu Darmstadt.
5. D. Hermann Vultejus, hof-gerichts-rath und professor.
6. Reinhard Hamerus, raths-verwander zu Marburg.
7. Herrmann Geißbeim, stadtschreiber zu Darmstadt.
8. Georg Reichard, raths-verwandler zu Alsfeld.
9. Christian Lauck, burgermeister zu Franckenberg.

Diesen ist D. Johannes Goeddasus, professor iuris, aus der universität beygesetzt worden.

X. Scriba,

X. Scriba, qui notarius vocatur, quoque ad hoc iudicium austraegarum peculiaris, eligitur, et iureiurando obstringitur, cuius munus est, vt publicos actorum commentarios, vulgo protocollum, conscribat. Is erat anno 1604. Theodosius Dorstenius.

XI. Solent etiam landgrauii quosdam consiliarios et ministros, ad orandam et defendendam suam causam, ad locum iudicii austraegarum, ablegare. Ita Mauritius anno 1604. Marburgum miserat hosce: Ottonem de Starscheddel, Steurbergum de Löwenstein, Chiliarcham Ziegenhainensem, Hermannum de Berfabe, praefectum Smalcaldiensem, D. Io. Antrechtum, procancellarium, D. Regnerum Sixtinum, Henr. Lud. Schäfferum, D. Andream Christiani, Reinh. Schäfferum, consiliarios, Henr. Arnoldum et Danielem Viereck, secretarios.

XII. E Darmstadiensibus vero aderant: Io. Pistorius, cancellarius, Bernhardus de Berbisdorff, praefectus Rüsselsheimensis, D. Io. Strupp, D. Casparus Schacher, Francofurtensis, D. Helffrich Gerlach, Io. Friedrich, secretarius. Quibus postea accesserunt: Io. Wolff de Weittelshausen dictus Schrautenbach, D. Io. Faber, item D. Henr. a Rosenthal, Spirensis. Ex his causam Castellanam coram austraegis orabat Io. Antrecht, procancellarius; pro Darmstadinis autem loquebatur Casparus Schacher.

§. LIX.

Hoc austraegarum iudicium, vnus ex arbitris dirigere et suffragia arbitrorum colligere, solet.

I. Iudicio austraegarum, anno 1604. Marburgi habito, praecerat Ioannes Riedesfel ab Eisenbach, mareschallus Hassiae hereditarius.

II. Ordo, inter austraegas obseruatus, legitur talis:

<i>Joh. Riedesfel zu Eysenbach, erb-marschall.</i>	<i>Johann Goeddaeus.</i>
<i>Eckbrecht von der Malsburg.</i>	<i>Johann Rübenkönig.</i>
<i>Johann Bischoff.</i>	<i>Georg Reichart.</i>
<i>Reinhardus Hamerus.</i>	<i>Johann von Dalwig der Älter.</i>
<i>Josephus Handedmann.</i>	<i>Otto Wilhelm von Berlipfch.</i>
<i>Christian Lauck.</i>	<i>Hermannus Valtrejus.</i>
<i>Johann Klavver.</i>	<i>Georg Hess D.</i>
<i>Sittich von Berlipfch.</i>	<i>Hermann Geißheim.</i>
<i>Asmus von Buttlar.</i>	<i>Wolff Badenhausen.</i>

III. Incepit istud iudicium in causa Marburgensi d. 2. nouembris anno 1604., ac durauit vsque ad diem 23. febr. anno 1605.

IV. Austraegae seruato iuris ordine, et audita parte vtraque, Mauritio et Ludouico huiusque fratribus ex L. fin. C. de edicto D. Hadriani toll. possessionem bonorum dederunt, atque, pronunciatis variis interlocutionibus, tandem hanc tulerunt sententiam:

In sachen sich erhaltend zwischen den durchleuchtigen, hochgebornen fürsten und herrn, herrn Moritzen, sodann auch herrn Ludwigen, herrn Philippfen und herrn Friederichen, allen landgrafen zu Hessen, grafen zu Catzenelnbogen, Dietz, Zigenbain und Nidda cet. Vnsern gn. f. f. f. und herrn, weylant des auch durchlechtig, hochgebornen fürsten und herrn, herrn Ludwig des eltern, landgrafen zu Hessen cet. hochloblicher gedächtnis, durch ihrer f. gn. verordnetes testament und letzten willen verschafte nachlaß, auch darin erkandte immiffion und dann hochgedachtes unsers gnädigen fürsten und herrn landgraf Moritzen seitens gefuchte theilung und assignation, ihrer f. gn. verschafte antheils betreffend, seynd von denen, vermög des geschwornen Hessischen erbvertrags niedergesetzten, auf unser gn. f. f. f. und herren zu Hessen Darmstädtischen theils, endlicher verbleiben, die an seiten unsers auch gn. fürsten und herrn zu Hessen Casselschen theils am 7. und 10. tag itztlaufenden monats ianuarii vorbrachte handlungen, auszüge und vorschlag (darin aber die busfen und tranckstewer, als welche in keiner erblichen anschlag gehörig, nicht gemeynet sind:) inhalt dessen am 11. ianuarii eröffneten bescheids, vor bekandt, auch die sache vor beschloffen hiermit angenommen, darauf und allem vorbringen nach zu recht erkandt, daß mehr hochgedachtem unserm gnädigen fürsten und herrn landgraf Moritzen zu seiner f. gn. im testament verschafte haben theil an land und leuten, nachfolgende schlüsse, städte, empfer, und vorwerk, nemlich Marburg, Raufenberg, Schönstein, Wetter, Bidentkopf, Battenberg, Hotzfeldt, Königsberg mit Bellersheimb lebengütern, Blanckenstein, Viermündt, Ister, Hessenstein, Allendorf an der Lun, Gemündten an der Wobr, Breitenbacher grund, Limberg, Epstein, Rosenthal, Wolckersdorf, Franckenberg und Wiefensfeldt, sampt allen derselben in- und zugehörungen, zu assigniren und zuzutheilen seyn, doch mit deme ausdrücklichen vorbehalt, was dieser oder der andere noch übrige halbe theil besagter verlassenschaft, den andern übertreffen wird, daß solches, wie auch sonst alles anders, so in mehr hochgedachtes landgraf Ludwigen des eltern cet. verlassenschaft gehörig, und berübrieten Casselschen anschlag nicht einverleibet ist, beyden fürstlichen partbeyen zu fernere vergleichung und billigmessigen ersetzung hiermit vorbehalten, und respective ausgefetzt seyn, und solche ersetzung in künftige, wie es einem und andern fürstlichen theil am nechsten und bequemsten gelegen, erstattet werden soll, inmassen obmeldete niedergesetzte solches aller, wie obsebet, hochgedachten landgraf Moritzen fürstlichen gnaden mit diesem ihrem recht-spruch assigniren und zutheilen, auch hinc inde ausfetzen und vorbehalten.

Publicatum den 29. tag ianuarii anno 1605. umb 4. zhr zu abendt.

S. LX.

§. LX.

A sententia arbitrorum appellare non licet. Verba enim pacti de anno 1568. hoc, disertis verbis, declarant: *darbey es auch ohne weitere appellation gelassen, und von demjenigen, wieder den gesprochen und erkannt würde, dargegen nichts weiters in ungunen gesucht, noch vorgenommen werden soll.*

Concordat hoc suauissime cum iure germanico, prout testatur dn. 10. AD. KOPP l. c. p. 77. 199.

§. LXI.

Non attinet hic repetere, quae occasione successionis Hanoicae inter Wilhelmum et Ludouicum Hassiae landgrauios, de auftraegis Hassiacis, pluribus verbis acta et scripta sunt.

I. Vtriusque partis argumenta recensent ANT. FABER tomo LXXII. *der staats-cantzelley* p. 287. 199. et *reichs-sama* tomo XXIII. p. 27. 199. Adde patiter dn. 10. VLR. CRAMER. *de auftraegis conuentionalibus.*

II. Anno 1469. quum inter Ludouicum III. et Henricum III., Hassiae landgrauios multa lis de familia hercifeunda esset exorta, placuit ipsis anno 1469. vt quibus tres consiliarios et vnum scribam mitteret, quo hi causam deciderent. Et, si in posterum inter hos quid controuersiae aleretur, peperunt, vt res Homburgi per duodecim consiliarios, dirimatur.

III. Ceterum ab his, de quibus dixi auftraegis, probe secernendi sunt auftraegae legales. Horum exemplum prostat in causa Friderici Hassiae landgrauii, Homburgensis contra Libert Wolters, vbi serenissimus dux Saxoniae Henacensis, auftraegae munere functus, legitur apud dn. GEORG. MELCH. DE LVDDOLF tomo I. *symphorematis cameralis* p. 574.

§. LXII.

Curia prouincialis Hassiaca, inter vtramque familiam Hassiacam Cassellanam et Darmstadinam, communis est, §. XLI. habeturque statis temporibus Marburgi. Iudex et assessores per vices ab vtraque domo constituuntur, ita quidem, vt mortuo iudice, a Cassellanis constituto, nunc alius detur a Darmstadinis.

I. Verba enim testamenti Philippi magnanimi haec sunt: *die appellation-sachen in dem fürstenthum Hessen und allen zugehörigen graf-schaften - - - sollen alle an das hof-gericht zu Marburg geben, auch solches hof-gericht von benelcten unsern vier söhnen sämtlichen und zugleich bestellet werden.*

II. Si causas mandatorum S. C. in rebus, quae moram non ferunt, excipias,

pias, in prima instantia hoc tribunal cognoscere nequit, nisi partes instrumendo probent, amicabilem compositionem a regimine, cui subiectus vivit reus, prius esse tentatam. Compara NIC. CHRIST. L. B. DE LYNCKER *de grauamine extraiudiciali* capite V. sectione I. §. I. p. 363. sq. A iurisdictione curiae provincialis, exemptae sunt academiae Marburgensis et Giessensis. Et IO. IVST. WINCKELMANN l. c. p. 564. auctor est, quod iurisdictionem huius tribunalis ii non agnoscant, qui viuunt in principatu Hersfeldensi et in comitatu Schaumburgensi. Ad hanc curiam causa, quae infra pretium 200. florenorum deprehenditur, per adpellationem deuolui nequit. Plura dabit de competentia huius iudicii titulus VIII. *der fürstlichen Hessischen erneuerten und verbesserten Samt-hofgerichts-ordnung* auspiciis Ludouici et Caroli, Hassiae landgrauiorum reuisa et Marburgi anno 1726. in folio recusa.

III. Ab hoc tribunali, partibus prouocare licet ad dicasteria imperii, si summa excedat mille florenos aureos. Sin vero causa tantum summam centum florenorum aureorum superat, adpellari potest ad iudicium reuiforium commune. Sin denique lis minoris pretii est, quam mille florenorum aureorum; adpellationi nullus locus datur, nisi ad iudicium reuiforium.

IV. Visitationem iudicii aulici, *des hofgerichts*, iussu principum, quotannis die 5. Maii peragunt plerumque consiliarius regiminis Marburgensis et professor iuris eiusdem academiae, nec non professor Giessensis academiae, et consiliarius eiusdem regiminis, quos principes singulis annis per litteras nominare et ad hunc actum mandatis instruere, solent. Dirigunt hanc visitationem per vices annorum nunc Cassellani, nunc Darmstadtini.

§. LXIII.

Accedamus nunc ad iudicium reuiforium commune, quod per sex annos Marburgi, et per sexennium Gissae vicissim habetur. Iudicant de causis in eo septem personae, et quidem duo ordinarii adfessores ac quinque extraordinarii. E septem his adfessoribus bini sunt nobiles. Quinis principum vtriusque domus vnum nobilem et duos iureconsultos nominat, huius iudicii adfessores. Septimus autem, quem supernumerarium vocant, ab illo landgrauio constituitur, qui eo anno hoc iudicium dirigit.

I. Habent, intuitu huius iudicii, landgrauii, tam eminens ius, vt, certa ratione pares hac in re sint electoribus. Habet quoque id iudicium iurisdictionem concurrentem cum iudiciis imperii, nisi quis hoc reuiforium elegerit. Tum enim plane nulla datur prouocatio vltior, ne quidem sub praetextu querelae nullitatis, vel quae sit ob protractam vel denegatam iustitiam;

tiam; nec locus est supplicationi aut reductioni, vel alii cuiunque remedio prouocationis.

II. Audiamus Ferdinandi II. caesaris, priuilegium die 19. septembris anno 1631. domui Darmstadtinae concessum: *setzen und wollen: setzen und wollen, daß nun hinführo auch in sachen, so von seiner Liebden hof-gericht an seiner Liebden reuision- oder appellation-gericht gebracht, und die appellation daselbst erörtert würde, es dabey (doch allein im fall beide theile in solch iudicium reuisionum consentiret hätten) allerdings verbleiben, und keinem theil an uns, oder unsern nachkommen im reich kayserl. hof- oder cammer-gericht vweiter zu appelliren nicht gestattet, noch zugelassen, vweniger die appellation angenommen, oder einige process darvon erkandt vwerden soll.*

III. Idem in priuilegio Ferdinandi III. die 26. Augusti anno 1650. domui Castellanae dato, legitur, nisi, quod res his verbis declaretur adhuc: *es haben beyde theile entweder ausdrücklich darinn (ins reuisionum) geuilliget, oder doch tacito consensu darzu sich verstanden, vwann nemlich der appellant an offbesagten Hessischen samt-reuision- oder appellation-gericht sich ipso facto einliesse, und vweitere handlung als in declinando iudicium übere, cet.*

IV. Dein sic statuitur: *ob darüber appelliret, suppliciret, oder reduciret würde, und derselben appellation, supplication, oder reduction, nullität - klage, oder einige andere zugs- oder prouocations-mittel, vwie die immer erdacht oder genannt vwerden, cet.* Sustulit ergo caesar dubia, quae alias nestunt iureconfulti, vbi casus denegatae iustitiae et nullitatis admittunt contra priuilegia adpellationis, teste FRID. NIZSCHIO in *commentario ad capitulationem Iosephi* p. 383. n. 10. Praeterea facile decidi potest quaestio, de qua lis fuit in prouincia Darmstadtina, videlicet si quis caussa, cuius valor non ascendit ad mille aureos rhenanos, sed vilioris est pretii, in iudicio adpellationis Darmstadtino cecidit, verum ob summam non adpellabilem, vt dicunt, ad imperii tribunalia adpellare nequit: an is prouocare possit ad beneficium recessus imperii de anno 1654. §. 113. hoc est: an petere queat reuisionem aut transmissionem actorum? Id quod erit negandum, ob claram dispositionem priuilegii caesarei, cuius verba modo commemorauim. Igitur, si ob denegatam transmissionem vel reuisionem, ad summa imperii tribunalia prouocetur, mandatum de concedenda reuisione, aut transmittendis actis dari nequit. Firmant, quae dixi recessus imperii de anno 1654. §. 113. in fine, nec non §. 111. et 127.

V. Ceterum dn. GE. MELCH. DE LVDOLF in *tabella priuilegiorum de non appellando* p. 12. ait, se typis expressum non reperisse priuilegium Darmstadtinum. Sed adiectum legitur *der Hessischen erneuerten samt-hofgerichts-ordnung* p. 50-57. nec non *der Hessen-Darmstädtischen process-ordnung* p. 75-82. Ibi pariter reperitur priuilegium Castellanorum p. 83-91. quod etiam habes p. 58-64. *der hofgerichts-ordnung.*

§. LXIV.

Praeter iudicium adpellationis commune, vterque landgravius aliud habet iudicium appellationis, quorum alterum est Cassellis, alterum vero Darmstadii. Prouocant ad haec, quibus decisa regiminum displicent.

I. Regimen Giffense contendit, per consuetudinem inuauisse, ne quis ab eo ad cameram vel iudicium imperii aulicum prouocare possit, sed adpellatio prius foret interponenda ad serenissimum principem Darmstadinum.

II. Ceterum, qui ad summa imperii tribunalia prouocat, iusiurandum, quod vocant adpellationis, ipse, non per procuratorem, praestare debet, idque intra tricesimum a die latae sententiae. Adpellans quoque parti aduersae satisfacere iubetur, vi priuilegii caesarei. Vt iam de pecunia, quam vocant succumbentiae, nihil dicam.

§. LXV.

In caussis feudalibus cognoscere pares curiae, praeter alia, docent duo iudicia feudalia, *manngerichte* in caussa Catharinae Sophiae, comitis Rittbergensis, ob coniugium cum patruo comite orientalis Frisiae inito, et in controuersia Agnesae Rittbergicae, de formula litterarum clientelarium, ventilata.

Acta haec sunt anno 1603. teste IO. CHRIST. LÜNIC. in *corpore iuris feudalis* tomo II. col. 1751. Ab vtraque parte VIII. pares curiae electi, qui in curia Cassellana conuenerunt et causam hanc pertractarunt. Anno 1546. coram iudicio parium Hassiaco de feudo Rittbergensi iam fuit disputatum, teste sententia tunc temporis lata, apud dn. IO. PETR. DE LVDEWIG tomo I. *opusculorum miscellorum* col. 735. Anno 1703. confessus parium curiae causam, inter landgrauium Cassellanum et vasallum de Cornberg ventilatam, iudicauit. Vsum forenssem huius iudicii et formam processus referunt IDEM I. c. col. 707. et IAC. FRID. LVDOVICI in *der einleitung zum lebensproceß* capite I. §. 76. p. 68. Non omnes conuocantur hanc ob rem vasalli, sed quidam ab vtraque parte litigante seliguntur. Directoris electio est parium. Ab horum sententia locus fit remedii deuolutiui et suspensiuus. Principis consiliarii parium locum non occupant, sed vasalli, qui tali nexu principi non sunt addicti. Absent princeps a confesso parium. Quae cuncta eo faciunt, vt intelligatur, non esse, quod aliquis parium iudicium in Hassiae curia, reformidet.

§. LXVI.

Causas ecclesiasticas et stupri diiudicant consistoria.

I. In

I. In prouincijs Cassellanjs tria potissimum sunt, Cassellis, Marburgi et Rintelii. In Darmstadinjs autem regionibus alterum Gissae, alterum Darmstadii videmus constitutum.

II. Dicendum de agendis Hassiacis, quorum editio prostat de annis 1557. et 1566. Marburgi, iussu Philippi compositis. Dein filii eius Wilhelmus, Ludouicus, Philippus et Georgius agenda publicarunt anno 1574. Ludouicus VI. Darmstadinus anno 1662. agenda recedere iussit Darmstadii, id quod repetiit Ernestus Ludouicus. Mauritius anno 1610. edi iussit agenda. Idem egit Wilhelmus VI. anno 1675. Cassellis, dein *auszug der Hessischen kirchen-agende* ibidem anno 1703. comparuit, et postea prodiit *die neue Hessische kirchen-ordnung*, Cassellis anno 1723. De alijs constitutionibus circa sacra, subsellia templorum et matrimonialia, heic agere iam non fert instituti nostri ratio.

§. LXVII.

Vbi nobiles vel honoratae personae, itemque studiosi, quid delinquerent, ita quidem, vt criminaliter agendum sit; tunc iudicium honoratum constituitur, si id delinquens desiderauerit.

Quid hac de re sit sancitum, docet *der abschied über adelicher und anderer honorirter zu fall gerathener personen peinlichen beklag- und verfolgung*, quae pacto Marburgi inter Wilhelmum V. et Georgium II. die 14. dec. anno 1627. inita fuit. Conferatur quoque, quod ad Hassiam Darmstadinam, constitutio Ernesti Ludouici, anno 1720. promulgata, quae legitur p. 59. 199. *der fürstlichen Hessen-Darmstadtischen criminal- und peinlichen gericht's-ordnung*. ibique p. 65. iudicis in eiusdem iudicio honorato, adfessorum et scribae, quem actuarium vocant, iusiurandum legitur.

§. LXVIII.

Iurisdictio criminalis in Hassia, praesertim prouincijs darmstadinjs commissa est iudicio criminali, *peinlichen gericht's*, quorum alterum Gissae est, alterum Darmstadii.

Nemo ergo iudicum primae instantiae, quales sunt praefecti, causas criminales pertractat, nisi nobiles, qui gaudent iurisdictione criminali. Transmissio actorum criminalium non adeo frequens est in Hassia. Nam iudicium criminale sententiam ferendam, cum regimine solet communicare, et, si hoc consentiat, ad senatores consilii intimi acta mittuntur, qui de re ad principem referunt, et, quid sibi videatur, addunt. Ceterum criminalis processus, vt vocatur, accusatorius mixtus viget in Hassia. Confer *die fürstliche Hessen-Darmstadtische criminal- und peinliche gericht's-ordnung*, quae Darmstadii anno 1726. prodiit in folio.

§. LXIX.

Causae ciuiles tam in prima, quam in reliquis instantiis, ad normam processus communis, pertractantur.

Equidem Wilhelmus VI. anno 1656. edidit *eine Hessische cantzley-ordnung*, quam declarare et emendare iussit Carolus landgrauus, anno 1713. Et Ernestus Ludouicus Darmstadinus anno 1724. conficere curauit *die ordnung, wie es in den fürstlichen unter- und ober-gerichten mit den rechtsfertigungen und appellationen zu halten*, immo si libellum IO. DAN. MALCOMESII, quem *obseruationes fori Hassiaci* vocat, ex rubrica diiudicare velles, sane putares, heic re singularia inuenire, quum tamen nil nisi vulgares processus communis obseruationes, hic auctor tractet.

Veruntamen in saluo est vsus iuris communis. Interea, vti quaeuis provincia, sic et Hassia peculiaria habet iura, de quibus exponendis, dn. PRAESIDES in variis scriptis, fuit sollicitus. Pertractauit etiam quaedam dn. IO. WILH. WALDSCHMIDT *de singularibus quibusdam et antiquis in Hassia iuribus* agens. Vide etiam *die Catzenelnbogische und Schaumburgische ordnung*.

§. LXX.

Causae, quae, in prima instantia ventilantur, admodum raro tractantur in scriptis. Hinc rarissime, immo fere nunquam acta transmittuntur ad iureconsultorum dicasteria a praefectis, sed vel per appellationem, vel interdum per auocationem ad regimina deuoluuntur. Nec haec adeo facilia sunt, vt acta transmittant, nisi partes id petant.

De antiquorum Hassiae iudiciorum forma consule dn. PRAESIDIS *specimen iuris publici Hassiaci* p. 46. et quae obseruauit tomo III. *analectorum Hassiacorum* p. 88.

CAPVT IX.

DE
PRIVILEGIIS ALIISQVE SINGVLARIBVS
HASSIAE LANDGRAVIORVM IVRIBVS AC PRAE-
ROGATIVIS.

SYNOPSIS CAPITIS IX.

§. LXXI.

D

*Exemptione a Rot-
wilensi et aliis iu-
diciis.*

§. LXXII. *Privilegium primum de
non appellando a landgrauis im-
petratum.*

§. LXXIII.

- §. LXXIII. *Priuelegium secundum.*
 §. LXXIV. *Licet alias tutela ugnatica sit iuris publici; attamen in Hassia saepe recurrit tutela materna.*
 §. LXXV. *Viduae per transitum ad vota secunda amittunt dotalitium.*
 §. LXXVI. *Iurisdictio in sacris ante tempora reformationis.*
 §. LXXVII. *Sunt deputati imperii ordinarii. Origo huius praerogativae.*
 §. LXXVIII. *Paetum confraternitatis cum Saxonibus et Brandenburgicis.*
 §. LXXIX. *Sententia Reinkingki de Hassia diuisa licet, attamen in diuisa.*
 §. LXXX. *Landgrauiorum Castellanorum iura in Huxariam et in Corucensem.*
 §. LXXXI. *Ius postarum solitarium eorum, et in variis locis.*
 §. LXXXII. *De ipsorum foro subse-*
- dorum imperii.*
 §. LXXXIII. *De iuribus landgrauiorum darmstadinorum in Wezlarria.*
 §. LXXXIV. *nec non in Freyensa, item*
 §. LXXXV. *in Solmensi, atque*
 §. LXXXVI. *in Melbaco et Florstadio.*
 §. LXXXVII. *De iure illorum conducenti per Wetterautam, Wezlarriam et alia. De duplicis generis conductu.*
 §. LXXXVIII. *De iure tuendi sacra euangelica Cronenbergica.*
 §. LXXXIX. *Qui fabulam de quatuor uiris amant, Hassiae landgrauios eis accensent.*
 §. XC. *Immunitas eorum a uectigalibus rheni.*
 §. XCI. *Aduocacia Herseensis, ad Castellanos spectans.*
 §. XCII. *Quod ad maiorem aetatem, Darmstadini anno XVIII. eam adipiscuntur.*

§. LXXI.

CAROLVS IV. imperator illos, qui Hassiae landgrauis uiuunt subiecti, a iudiciis extraneis iamiam exemerat. Dein Fridericus III. anno **MDCCCXCIII.** die 25. ianuarii et Maximilianus I. caesares anno **MDCCCXCV.** ipsos landgrauios, et qui eis sunt a consiliis vel subiecti, a iurisdictione iudicii aulici Rotwilensis, iudicii Westphalici et cunctis extraneis foris, liberos et exemptos esse, voluerunt.

§. LXXII.

Quod ad priuelegia de non adpellando attinet, constat Wilhelmum IV. Ludouicum IV. Philippum II. et Georgium I. fratres, Hassiae landgrauios, anno **MDLXXIII.** die 4. aprilis

H 3

lis

lis a Maximiliano II. caesare impetrasse priuilegium, ne subditis suis ad imperii tribunalia prouocare liceret, nisi lis, summam 100. florenorum aureorum, excederet, Rhenensium.

Compara 10. CHR. LÜNIG. tomum IX. *des rrichs-archbis* p. 906. et alios, quos congesit 10. FRID. PFEFFINGER tomo III. *Vitriarii illustrati* p. 1185.

§. LXXIII.

Georgius II. die 19. septembris anno 1533. Ebersdorff a Ferdinando II. imperatore obtinuit priuilegium, ne subditi sui ad suprema imperii dicasteria prouocare possint, nisi summa litis superaret pretium 100. florenorum aureorum Rhenensium. Simile priuilegium acceptum referebat Wilhelmus VI. Castellanus, Ferdinando III. imperatori, qui illud ipsi concessit Viennae die 26. Augusti anno 1506.

Videatur 10. CHR. LÜNIG l. c. p. 905. sq.

§. LXXIV.

Tutelae maternae, frequentia prostant exempla, in Hassia.

Philippus magnanimus sub tutela matris, Annae Meclenburgicae, educatus fuit, et haec Hassiam, contradicentibus licet Saxoniae ducibus, rexit nomine filii minoris aetatis. Vide HVLDER. AB EYBEN *de tutela feminea* p. 344. Amelia Elisabertha Wilhelmi VI. filii tutelam gessit, id quod testatur *acta publica* MICH. CASP. LONDORPII tomo IV. p. 707. 709. Contradixit quidem Georgius Darmstadtinus et administrationem prouinciae ex caesaris auctoritate sibi deposuisset, teste SAM. PVFENDORFIO in *commentario de rebus Suecicis* libro IX. §. 31. p. 287., sed irrito conatu. MICH. LE VASSOR *dans l'histoire du regne de Louis XIII.* tomo IX. parte I. p. 525. hac de re ita philosophatur: „Guillaume persuadé qu'il étoit, que George landgrave de Hesse-Darmstat, zélé partisan de l'empereur et ennemi de la branche aînée de Cassel, chercheroit avec empressement à se servir de l'occasion des troubles presens, pour depouiller les enfans mineurs, que Guillaume laissoit. Cela seroit arrivé selon toutes les apparences, si les habitans de Cassel et des autres villes n'étoient demeurez constamment attachez aux heritiers légitimes de leur souverain mort; n'avoient presté serment de fidélité au ieune Guillaume l'aîné de ses fils, et reconnu Emilie comme administratrice des états du feu son epoux. George landgrave de Darmstat ne manqua pas en effet de se preualoir d'un acte, quoique non public, par le quel Guillaume étoit mis au ban de l'empire par le feu empereur Ferdinand II. et d'obte-

„ du

du successeur de celui-ci des lettres patentes, qui l'établissent administrateur de la basse Hesse. De Hedwige Sophia, Brandenburgica, constat, quod tutelam Wilhelmi VII., Caroli, Philippi et Georgii gesserit et provinciam rexit. Evolue *acta publica* LONDORPII tomo IX. capite 249. p. 821. notatque 10. FRID. PFEFFINGER tomo IV. *Vitriarii illustrati* p. 150. quod, licet ab imperatore confirmationem tutelae non impetrauerit, hic tamen ipsam vocauerit *vormünderin* et *regentin*. Elisabetham Dorotheam, Gothanam Ernesti Ludouici, Darmstadini, tutelam administrasse et provinciam rexisset, notum est. Immo inter apanagiatos tutelae maternas reperiuntur exempla. Nam Margaretha Elisabetha, Leiningensis, mortuo anno 1638. marito, Fridrico landgrauio Homburgensi, tutelam gessit filiorum. Quidquid demum sit, secundum principia germanorum, agnatorum tutela fructuaria et in Hassiam locum habere, debet. Compara dn. 10. PETRI DE LVDEWIG *opuscula miscella* tomo II. col. 1208. 19. et *erläuterung der güldnen bulle* tomo II. p. 962. et in *praefatione* p. 33.

§. LXXV.

Viduae landgrauiorum Hassiae, quam primum ad secundas nuptias transgrediuntur, dotalitium amittunt.

Iuris quidem hoc est germanici, prout dn. PRAESES in *opusculo: ad dotalitium cesset propter secundas nuptias?* docuit ex instituto. Quoniam vero hoc in argumento dissentiunt iureconsulti, in quorum numero est dn. HENR. CHRIST. SENCKENBERG in *meditationibus iuris publici* parte I. p. 50. idcirco inter singularia principum Hassiae, amissionem dotalitii referre licebit. Nam pactio de anno 1568. §. *alles und iedes*, hoc claris verbis definit, quod dotalitium cesset, quam primum vidua ad secunda transit vota.

§. LXXVI.

Iurisdictio landgrauiorum ante tempora reformationis in clerum, ad iura eorum singularia est omnino referenda.

Manifesta sunt, quae dixi, ex pacto Ioannis, archiepiscopi Moguntini, et Ludouici, Hassiae landgrauii, anno 1416. scripto, vulgo *der vergleich wegen der pfassheit*. Confer dn. PRAESIDEM in *originibus iuris publici Hassiaci* capite VI. §. 50. p. 83 191, et, quae GE. CHRIST. IOANNIS tomo I. *rerum Moguntiacarum* commentatur p. 790. n. 20. Dietherus enim Moguntinus Mechthildis landgrauiae viduae, potestatem fecit, ut viros quosdam, munerum dignitate vitaeque sanctimonia conspicuos, eligeret, qui coenobia illa, siue sanctimonialium sint, siue virorum, toties quoties opus sit, pro officio inuiserent, et ad cultum veteris religionis omni reuocarent studio; data simul eisdem facultate, defectus corrigendi, et officiales, quin et illorum tum recto-

res, tum moderatrices a magistratu ad tempus submouendi, seu vt vocant, suspendendi, immo, si commeruissent, penitus de dignitatis gradu deiciendi.

§. LXXVII.

Præcipuum est Hassiæ landgrauiorum, quod inter deputatos imperii ordinarios locum inueniant.

Testes huius rei sunt AHASV. FRITSCH *de conuentibus deputatorum* tomo I. *opusculorum* p. 120. sq. Vide sis quoque BVRC. GOTTH. STRVYII *corpus iuris publici* capite XXIII. §. 60. p. 865. et IO. FRID. PFEFFINGERVM tomo IV. *Vitriarii illustrati* p. 426.

Velim tamen scias esse, quosdam, qui ex recessu imperii de anno 1559. §. 49. 50. concludunt, Hassos ex hoc demum tempore fuisse in numero deputatorum ordinariorum. Ast hæc conclusio, si de tempore, quo hoc munus factum fuit hereditarium sermo est, vtrique se recte habet. Sin quaeratur: annon antea Hassi inter deputatos sint relati? tum sane minus bene illa responso procedet. Euolue recessum imperii Augustanum de anno 1555. §. 65.

§. LXXVIII.

Factum huc quoque refero confraternitatis, inter Saxoniae duces atque Hassiæ landgrauios et Brandenburgicos.

Confer, quae supra hac de re dixi, §. XXXI. schol. 13.

§. LXXIX.

Singulare, immo fere paradoxon videtur dogma THEODORI REINKINGK, qui statuit, Hassiam post diuisionem, esse adhuc indiuisam.

I. Ita enim commentatur hic iureconsultus quondam Hassiacus, *de regimine seculari et ecclesiastico* agens, libro I. classe IV. capite XVII. n. 22. ditionem Hassiæ cum omnibus comitatibus et bonis immobilibus esse indiuisam. Quamuis enim administratio et emolumenta, vt olim saepe, ita et hodie inter agnatos, sint diuisa; ipsum tamen ius beneficiarium manserit indiuisum. Quare tam possessio ciuilibus, quam dominium ipsum totius Hassiæ cum comitatibus, ditionibus ac praefecturis ad regentes Hassiæ landgrauios seu primogenitos vtriusque stemmatis, spectet aequaliter et pro indiuiso. Diuisio autem facta, administrationem emolumenta et naturalem possessionem respicere, existimat. Lege interea, quae §. XXXV. XLIV. hoc de argumento disserui.

II. Quae de loco priore inter landgrauios Hassiæ, praecedentiam vocant, monui §. XLI. sch. 16. ita intelligi vult idem REINKINGK l. c. n. 39. vt pactitia dispositio fallat in instrumentis et subscriptionibus, vbi series successio nis ponitur,

ponitur, et linearum ordo et praerogatiua attendenda, id quod etiam tenor litterarum clientelarium et formularum homagii, docet. Vide dn. PRAESIDIS partem I. *der kleinen sçhriften* p. 99. 104.

§. LXXX.

Landgrauii stirpis Cassellanae, gaudent iure aduocatiæ in Huxariam, Corueiensis ditionis, oppidum, id quod vel liquet e Philippi magnanimi, testamento.

Adde Philippi verba apud FRIDERICVM HORTLEDERVM *von ursachen des teutschen kriegs* libro IV. capite V. n. 59. p. 64.: *dieselbig stadt (nimirum Høxar) ist in unserm erblichen schutz, schirm und versèbung, und wird sich nach uns richten. Denn es folgt mit: (vt putabat Henricus Brunswicensis) ich habe das bals-gericht in Høxar, darun ist die obrigkeit oder herrschafft mein, etc.* Ad quae, quum respondisset Henricus dux Brunswicensis, loc. cit. capite VI. n. 74. sqq. p. 107. *regeßit haec landgrauius l. c. capite VII. n. 80. p. 158.: denn sie ist in unserm erb-schirm. Hat er aber etwas recht darinne, das ist nicht weiter, denn vormahls die herren von Permont darinne, als belehnte des stifts Corwey, gehabt haben; aber gebot und verbot das sey weit von ihm - - -. So wollen wir auch damit zusehen, daß er in Høxar nicht mehr neme, als er sich täglich, wie man sagt, untersehe, dann ime gebürt. Dann die gerichtshelle, die ihm da werden, seyn nicht groß. Domini de Pymont iurisdictione criminali gaudebant Huxariae, et ab eis hanc ad domum Brunswicensem peruenisse, testatur IO. FRID. FALCKEN *im entwurf einer historiae diplomaticae Corueiensis* p. 27. qui tamen sibi ipsi videtur esse contrarius, dum huic p. 42. adscribit die *erb-schutz-gerechtigkeit oder das edle voigtamt über die stadt Høxter*, paulo post vero etiam commemorat, quod Hassiae landgrauis inde ab anno 1434. ius aduocationis, *schutz-herrschafft*, in abbatiam Corueiensem competat. Quae interea, seculo elapso, inter Christophorum Bernhardum episcopum Monasteriensem et administratorem Corueiensem, atque duces Brunswicenses acta sunt de Huxaria, tradit IO. FRID. PFEFFINGER *in der historie des Braunschweig-Lüneburgischen bundes* tomo III. p. 48. sq. Alia quoque iura in abbatiam Corueiensem, landgrauio Hassiae competere, constat ex testamento Philippino.*

§. LXXXI.

In domus Cassellanae prouinciis sola cura landgrauii et huius auctoritate cursum publicum remque vehiculariam, leges, et iura, celeres celerumque praefectos disponi, certum est. In possessione vel quasi est iuris postarum, et stationem habendi haec quoque est Francofurti, Friedbergae, Wezlariae et Gissae.

Frustra hac de re questus est Taxius princeps. Vide *die reichs-hofraths-conclusa* tomo I. p. 799. et tomo V. p. 96. Compara etiam dn. IO. PETR. DE LV-

DEWIG tomo I. *opusculorum miscellorum* col. 949. De cursu publico in Hassia Darmstadina testatur *das fürstlich Hessische post-reglement*, Giffae 1731. fol.

§. LXXXII.

Ratione subfeudorum imperii primo foro gaudent landgrauii Hassiae. Et quum hoc negaret senatus imperii aulicus, landgravius Cassellanus in comitiis hac de re fuit questus, decreueruntque proceres imperii, quod fundata esset illius iurisdictio.

Ex instituto discussit hoc argumentum dn. IO. PÉTR. DE LVDEWIG tomo I. *opusculorum miscellorum* col. 682. sqq. Conclufum trium collegiorum imperii de anno 1705. exhibet IO. CHRIST. LÜNIG in *corpore iuris feudalis* tomo II. col. 1751.

§. LXXXIII.

Landgrauio Darmstadino competere aduocationem ciuitatis Wezlariae, atque hanc, fidem suam ipsi sollemni iureiurando obstringere, quod homagium vocant, certissimum est. Ius praefidii, item ipsum Wezlariae exercere, est notissimum.

Errant igitur ii, qui ius aduocatae cum landgrauio Cassellano ipsi commune esse, fingunt, quorum in numero est AVCTOR *des reichs-staats* col. 1101. Aduocatae hanc a Nassouii, et quidem a Philippo comite Nassouiae et Saeraepontis, titulo permutationis adquisiuit Philippus magnanimus anno 1536. vna cum castro Calschmid, iure conducendi, et iure protectionis coenobii Altenburgi. Nassouii contra acceperunt ab Hassiae landgrauio *das schloß burg-Schwalbach thal und amt, das theil an schloß, stadt und amt Löbnberg*. Hanc permutationem confirmauit Carolus V. imperator an. MDXLI. De homagio, quod ciuitas Wezlarientis Hassiae landgrauis praestare solet, testantur *die bulligungs-instrumenta* de anno 1536. et 1679. De aduocato *dem inter-voigt*, quem landgravius Wezlariae constituit, vide dn. PRAESIDIS *observationes iuris feudalis* p. 42. sq. Notandus quoque venit eorum error, qui committent munus *eines reichs-voigts zu Wezlar* et sculteti Wezlarientis, siquidem hoc archiepiscopo Treuirensi competit. Varias interea lites sunt Hassiae landgrauio cum ciuitate Wezlarientis, quas docet *das allerunterthänigste memoriale an Ihro Röm. Käyserl. Maiestät in sachen Hessen-Darmstadt contra stadt Wezlar*, vbi capite primo agitur: *von dem iure aperturae, oder öffnungs-recht, welches den landgrafen zu Hessen bey der stadt Wezlar zustebet*, cap. 2. *von der reichs-pfandschaft, womit dem hochfürstlichen haus Hessen die stadt Wezlar verhafset ist*, cap. 3. *von der reichs-voigrey oder reichs-antmanschaft, so dem hochfürstli-*

fürstlichen haus Hessen bey der stadt Wetzlar zusiehet, cap. 4. von der schutz- und schirm-gerechtigkeith, wvelche den landgrafen zu Hessen bey des heiligen reichs-stadt Wetzlar zukomtz, cap. 5. von der geleits-gerechtigkeith, wvelche das hochfürstliche haus Hessen in und durch die stadt Wetzlar ausübet, cap. 6. von der gerechtigkeith des schlosses Carlsmund, oder Calschmidt an Wetzlar, wvomit das hochfürstliche haus Hessen belehnet wird.

Multa, quae huc faciunt, illustrat dn. GE. MELCH. DE LVDOLF VOL. II. obseruationum forensium adpendice II. p. 244. 257. 290. 307. vbi suppeditat die instruction vor den Hesseischen unter-voigt zu Wetzlar p. 332. De litibus ob collegium nouum das policey-collegium, vide electa iuris publici tomo VII. p. 286. 199. Quid in causa Hellmundiana egerit Hassiae landgrauis, docent eadem, tomo XX. p. 788. 199. Quod Wetzlaria absque Hassiae landgrauio transigere possit, hic negauit, prout patet e tomo III. der reichs-sama p. 262. De iure praefidii, a Wetzlariensibus negato, tomo I. der reichs-hofraths-conclusionum p. 218. 199. agit. Denique id adhuc notandum, quod iam anno 1393. iura quaedam Hassiae landgrauis in ciuitatem Wetzlariensem competuerint.

§. LXXXIV.

Landgrauis Darmstadinus defensor est (*Schutzherr*) pagi *Freyenseen* prope Grünbergam, in ditione Solmensium Laubacensi, siti.

Libertas huius pagi priuilegiis caesareis nititur, quae confirmauit Carolus VI. anno 1273. Multa lis comitibus de Solms in Laubach cum hoc pago est, id quod loquuntur acta typis excusa. Aduocata Hassiae landgrauiorum non recens, sed vetusta est. Prostant enim litterae, quibus Ludouicus Hassiae landgrauis anno 1471. Freyenseensibus, protectorem eorum se fore, declarat. Eandem defensionem his promisit Ernestus Ludouicus, Hassiae landgrauis, die 11. iunii 1688. Vide tom. III. *select. Senckenberg.* p. 537.

§. LXXXV.

In ditione Hohen-Solmensi varii sunt pagi, ad comitem de Solms Hohen-Solms spectantes, in quibus ius circa sacra landgrauis darmstadinus, exercet.

Frustra igitur est *VRG. GOTTH. STRVV* in corpore iuris publici capite XXIX. §. 6. qui hic condominium in sacris, effinxit.

Vt interea §. 33. articuli IV. *pacis Osnabrugensis*, qua controuerfia inter Darmstadinus et Solmenses memoratur, intelligatur, legendus erit *SAM. PVFENDORF* libro XIX. *rerum Succicarum* §. 196. p. 787. Adde *GASTELIUM de statu publico Europae* p. 874. et *MICH. CASP. LONDORPIVM* tomo V. *actuum publicorum* p. 143.

§. LXXXVI.

Quaedam iura landgrauii Darmstadini, in vicis equestribus Melbach et Florstatt, heic adducere, operae pretium est visum.

Quemadmodum comites Ziegenhainenses aduocati erant Fuldenfes; ita huius aduocationis reliquiae permanserunt in vico Melbach. Ibi enim praepositura Petersbergensis prope Fuldam iure patronatus, decimarum aliisque gaudebat, quae permutationis titulo nunc possident Schenckii, vt liquet e dn. PRAESIDIS parte I. *der kleinen sbriften* p. 62. 136. Eum in finem abbas Fuldenfis quotannis quaestori Niddano soluit duos vnciales, *zwey Spanische thaler vorspruch-geld*, quem censum hodiernum pendunt Schenckii. Inde factum, vt insignia Hassiaca olim aedibus parochi fuerint adfixa, iam vero lapidi incisa. Certum ergo est, quod hae aedes sint libera curia Niddana, *ein freyhof*. Competit pariter ibi landgrauio ius conducendi. Plura dabunt acta, quae Darmstadii seruantur: *geleits- und schutz-gerechtigkeits-acten wegen Melbach*. Fluit ex his, quod landgrauus etiam recte ac iure tueatur parochum, sicubi magistratus loci catholicus eum in sacris turbet, aut iurisdictionem in causis ecclesiasticis sibi arroget.

Occasione huius aduocatae Fuldenfis, aduocationem in vicum Melbach adepti sunt landgrauii. Hinc, quum lis inter Melbacenses et horum magistratum, Carbios nimirum, orta esset, et haec tandem componeretur; Ludouicus landgrauus transactionis instrumentum confirmauit.

Aliud ius, intuitu condomini Butisbacensis, exercet landgrauus Darmstadinus cum comite Solmensi de Braunsfels in eodem Melbaco. Consistit illud in iudicio, quod vocatur *das cent-gild und vogtey-gericht*. Melbaci alunt Darmstadinus et Solmensis praetorem, *einen vogtey-schultheissen*, quem vulgus *den centgrafen* appellat. Hic etiam nomine landgrauii et comitis Solmensis in curia parochi, *dem pfarr-hof*, bis quotannis exercet iudicium hubarium. Reditus quidam, in XV. modis fructuum, et nonnihil pecuniae consistentes, quotannis Butisbaci soluuntur a Melbacensibus.

Eidem landgrauio competit ius aduocatae in Florstatt, vico Wetterauiico, pro quo Fuldenfes quotannis pendunt quaestori Niddano 6. florenos *vorspruch-geld*. Ibiq; est curia Niddana *ein freyhof*, siue *vogthof*.

§. LXXXVII.

De iure conducendi landgrauiorum Hasliae per Wetterauiam vsque ad speculam Francofurtensem, *bis an die Franckfurter warte*, et per Friedbergam, regionem Hüttenbergicam, nec non Wezlarum, titubantes multa loquuntur iuris publici interpretes.

I. Verum

I. Verum de hoc iure, fide aſtorum publicorum, ita teneto: eſt nimirum landgravius Darmſtadinus is, de cuius iuribus hic fermo eſt. Ius conducendi Haſſiacum diuiditur in *das lebendige und todte oder ſchriftliche geleit*. Das lebendige geleit gehet durch Butzbach und die Wetterau bis gegen Franckfurt, teſte inſtrumento, quod vocatur *der Marburgiſche abſchied* de anno 1572. die 14. febr., inter Haſſiae landgrauos et comites Stolbergeniſes ac Solmenſes, inito.

II. Anno 1718. inter electorem Moguntinum et Erneſtum Ludouicum, landgravium, conuenit de iure conducendi per loca Moguntina, quae in Wetterauia poſſidet, vt tempore nundinarum Francofurtienſium landgrauio competat ius conducendi, item, prout verba habent: *die cognition und coercion, angriff, auch gefängliche hinwegführung und beſtraffung der delinquenten, dem fürſtlichen hauß Heſſen-Darmſtadt in allem dem, was zur ſicherheit der ſtraße gehörig, ſolglich in denjenigen verbrechen, wodurch dieſelbe zeit wäbrender geleitsführung an reiſenden perſonen, durchführenden waaren und gütern oder ſonſt laediret werden kan, ect.*

III. Ius conducendi per Friedbergam firmatum eſt conuentione, anno 1579. inita. De ditione Solmenſi Braunſelliorum teſtatur ſententia camerae imperialis, anno 1726. lata, quae legitur ſymphoremate III. dn. GE. MELCH. DE LVDOLF p. 183. ſq. Plura dabit deductio Darmſtadina hoc de argumento, quae proſtat apud eundem p. 165. ſqq. De Heſenburgicis teſtatur PHIL. ANDR. OLDENBURGER in *Limnaeo enucleato* libro III. capite XI. §. 14.

Ex quibus nunc facile intelligi poſſunt, quae commentati ſunt hoc de argumento CHR. IO. CONR. ENGELBRECHT *de ſeruitutibus iuris publici* p. 129. et BVRC. GOTTH. STRVV l. c. capite XXIX. §. 8. p. 1062. Interea electorem Moguntinum per diſtrictum quendam Darmſtadinum, *die berg-ſtraße herab auf Franckfurt*, iure conducendi gaudere, auctor eſt THEOD. REINKING *de regimine ſeculari et eccleſiaſtico* libro I. claſſe V. capite IV. n. 236., quem ſequuntur ENGELBRECHT loc. cit. et PHIL. ANDR. OLDENBURGER in *Limnaeo enucleato* libro III. capite XI. §. 14. p. 415.

§. LXXXVIII.

De Cronenbergae notandum venit, quod landgravius Darmſtadinus ſit vindex euangelicae religionis, ibidem ſtabilitae.

Quum Philippus magnanimus Cronenbergae fuiſſet potitus, ibi ſacra re-purgauit. Quocirca factum eſt, vt reſtituto Cronenbergiis hoc oppido, hi landgrauio ſtipularentur, ſe ſacra euangelica ſarta teſta ſeruaturus; hic vero, ſe illos tueri velle, promiſit, id quod factum anno 1541. Exercuit ſua iura landgravius Darmſtadinus anno 1648. Repetierunt antaeſſorum promiſſa Cronenbergii anno 1664. et 1680. addiditque landgravius ſimul obligationem reciprocam, ſe eos deſenſurum eſſe. Plura dabit ANT. FABER tomo LXXXIV. p. 41. ſqq. *der Staats-cantzelley*. De iure aperturae iam ſileo.

I 3

§. LXXXIX.

§. LXXXIX.

Qui fabulam de quatuoruiratu imperii defendunt, Hasliae landgraviis locum tribuunt inter quatuor imperii landgravios.

Lege IVSTI CHRIST. DITHMARI *dissertationes academicae* p. 110.

§. XC.

Immunitate a vectigalibus Rheni inuestiuntur landgraviu Hasliae ab imperatore.

Testantur hoc litterae Maximiliani I. anno 1493. scriptae, apud IO. CHR. LÜNIGIVM tomo I. *corporis iuris feudalis* col. 791.

§. XCI.

Domus Cassellana gaudet aduocatia Heerfeensî.

Beneficii lege inuestitur ab abbatissâ Heerse *mit der edlen vogtey und iber manschaft*; nec non *dem stift mit allen seinen rechtren*. Vocatur alias collegium virginum monasterii Heerse. Lege sis NICOL. SCHATEN *annales Paderbornenses* p. 163.

§. XCII.

Praecipuum est, quod landgraviu stemmatis Darmstadini aetatis maioris habeantur, quam primum adepti sunt annum aetatis octauum decimum.

Dn. HENR. CHRIST. SENCKENBERG tomo III. *selectorum* p. 495. existimat annum decimum octauum absque priuilegio, iam dedisse Hasliae landgraviis maiorem aetatem. Lege quoque dn. PRAESIDIS *origines iuris publici Hassiaci* §. 70. p. 115. Equidem IO. IVST. WINCKELMANN l. c. p. 518. tradit, quod Ferdinandus III. anno 1652. simile tribuerit priuilegium stirpi Cassellanae, quod ipsis maiorem aetatem anno XVIII. largiatur. Verum huic doctrinae contradicunt BVRC. GOTTH. STRVV in *corpore iuris publici* capite XIII. p. 476. et auctor *des teutschen reichs-staats* col. 1101. §. 10.



CAPVT X.
DE
SVFFRAGIIS LANDGRAVIORVM HAS-
SIAE IN COMITIIS ET HORVM LOCO
IN IISDEM.

ARGVMENTVM CAPITIS X.

§. XCIII. **H**odierna comitiorum facies, unde? quatuor suffragia landgrauiorum Hassiae inter principes. E quibus duo cessant.

§. XCIV. **L**ocus et ordo landgrauiorum in comitiis. Lites, quas ipsi Wirtenbergici et Pomcranici du-

ces excitarunt. Post annum 1576. placuit alternatio, quam vocant. Aliud pactum de anno 1629. Nouae lites, donec in his, quae adhuc durant, comitiis de decem strophis conuenit. De Hersfeldensi suffragio, ut sileam de diuersis suffragiis, inter comites serendis.

§. XCIII.

HODIERNA comitiorum facies, quoad suffragia, repetenda potissimum erit a tempore Maximiliani II. et conuentu imperii Rudolphino, anno **MDLXXXII**. habito. Tunc temporis autem quatuor Hassiam regebant principes.

Ergo Hassiae landgrauii quatuor suffragia in comitiis ferebant, Cassellanum videlicet, Marburgense, Rhinofelsenense et Darmstadinum. Postquam vero Marburgensis et Rhinofelsenensis landgrauii obierunt, duo suffragia Hassiaca in comitiis superferunt, Cassellanum scilicet et Darmstadinum. Lege sis recessus imperii de annis 1567. 1570. 1577. et 1582. atque videbis quatuor hos landgrauios, fratres, quemque suum tulisse suffragium, adde *Moseri*ana parte I. p. 25. 32. Et quum seculo elapso, abbatia Hersfeldensis ad domum Cassellanam peruenit, haec nunc duo suffragia, nempe Cassellanum et Hersfeldense, in conuentu principum imperii ferre solet.

§. XCIV.

De eo tamen controuerfia exorta fuit: quo scilicet loco et ordine, Hassiae landgrauii suffragia sua ferre queant?

Anno 1495. post Wirtenbergicum ducem subscribebant recessui **Wilhelmi** ambo, Hassiae, landgrauii, id quod factum etiam anno 1500. **Philippus** magni-

gnanimus anno 1521 post ducem Meclenburgicum ante marchionem Baden-
sem subscripsit, id quod similiter factum eodem anno Noribergae. Anno 1525.
ante Badensem et Meclenburgicum nomen suum adiecit recessit. Anno 1526.
itidem factum, immo ante ducem Pomeraniae legitur nomen Hassiacum.
Anno 1542. post Pomeranum ante Badensem conspicitur nomen legati Hassia-
ci. Anno 1544 post Meclenburgicum subscripsit Philippus landgravius.
Anno 1555. post Pomeranum legitur legatus Hassiacus. Anno 1559. post Po-
meranum ante Meclenburgicum idem apparet. Anno 1567. post Wirten-
bergicum ante Badensem subscripsere legati Wilhelmi, Ludouici, Philippi et
Georgii Hassiae landgrauiorum. Anno 1570. post Wirtenbergicum ante Po-
meranum et Meclenburgicum conspiciuntur iidem Hassiaci. Sed his nunc
immorari non vacat. Praefertim, quum proedriae ius in germania ab aetate
pendidisse videretur.

Quum vero dux Wirtenbergicus ob ducis honorem locum priorem, sibi
competere affirmaret, contradixere Pomerani et Hassi. Immo et hos, inter
se de priore loco certasse, auctor est IAC. ANDR. CRYSIVS de *praeceminen-
tia, sessione praecedentia et vniuerso iure proedriae* libro III. capite XIII. p. 68r.
n. 6. Quare anno 1576. successio per vices in loco, alternationem vocant,
inter Pomeranos et Wirtenbergicos fuit stabilita, ita tamen, vt paullo post et
Hassi et Badenses, adhuc contradicentes, cum istis in sessionibus variarent. In-
terim quum Meclenburgici duces anno 1594. aegre ferrent, hos principes
ipsis anteferri, post multas altercationes tandem anno 1640. placuit stemmati
Meclenburgico-Gütrauiensi, vt cum reliquis variarent quod ad ordinem ses-
sionis. Tandem anno 1653. domus Schwerinensis huic alternationi accessit.
Confer ZACH. ZWANZIG *theatrum praecedentiae* parte II. tit. XXV. p. 152. sq.
Pactum de anno 1640. exhibet IO. CHRIST. LÜNIG parte speciali *des reichs-
archivs* p. 366. sq. et quae dein hac de re acta fuere, prostant in *actis publicis*
MICH. CASP. LONDORPII tomo IV. p. 874. et apud CRYSIVM l. c. p. 689-
692. adde *den kurzen wahren begründeten bericht über die zwischen erlichen
fürstlichen häusern enthaltende praecedent- und alternation-streitigkeit* apud
eundem l. c. 682 - 689. Hac ratione landgrauii Hassiae quinque domibus
alternantibus, vt vocant, accensentur, quae sunt, praeter Pomeraniam Me-
clenburgica, Wirtenbergica et Badensis.

Verum quum anno 1663. audienda esset propositio caesaris in comitiis,
quas indixerat, lis inter Hassiacum et Wirtenbergicum ob locum priorem
fuit exorta. Nec sine controuersia erat procedentium ordo in eodem, quem
dixi conuentu imperii, quam tamen legatus Castellanus prudentia sua tunc
composuit, vt liquet ex auctore *des neuesten teutschen reichstags-theatri* p. 119. sq.
Recruduit lis de priore loco, quam Meclenburgici anno 1663. mouebant, et
relata legitur apud eundem l. c. p. 303. sq. Tandem de decem, vt audiunt,
strophis inter Hassios, Pomeranos, Verdensen, Meclenburgicos, Wirtenber-
gicum et Badenses conuenit, quae nunc finem cunctis impoliuere altercationi-
bus.

bus. In prima stropha domus Castellana septimum et Darmstadina octauum locum obtinent, in secunda haec decimum et Castellana vndecimum, in tertia stropha landgravius Castellanus secundum, Darmstadinus quartum; in quarta hic primum et Castellanus secundum; in quinta hic septimum et Darmstadinus octauum; in sexta hic decimum et Castellanus vndecimum; in septima hic septimum et darmstadinus octauum; in octaua hic sextum et Castellanus septimum; in nona hic primum et Darmstadinus secundum; in decima hic octauum et Castellanus nonum occupant, vt dixi, locum.

Principes autem, quos vocant alternantes, secundum decem strophas sunt: *Hessen-Cassel, Hessen-Darmstadt, Verden, Vor-Pommern, Hinter-Pommern, Wirzenberg, Baaden-Durlach, Baaden-Baaden, Baaden-Hochberg, Mecklenburg-Schwerin, Mecklenburg-Güstrow*. Confer IO. CHRIST. LÜNIG. parte generali *des reichs-archivs* sectione II. p. 43. et IO. FRID. PFEFFINGER. tomo IV. *Vitriarii illustrati* p. 362.

Ex hisce strophis apparet, quod domus Hassiaca secundum sessiones inter se loco variant.

Ceterum frustra est IAC. ANDR. CRYSIVS I. c. libro III. capite XIII. p. 681. quando Wirtenbergico duci primum locum de iure competere, opinatur.

Decreuerat caesar anno 1653. vt domus Holfatica ad alternationem, vt vocant, admitteretur a quinque domibus, quae dicuntur alternantes. At vero intercessit rex Succiae, ne hoc fieret. Vid. IO. CHRIST. LÜNIG. *reichs-archiv* tomo I. p. 661. sq.

Quod ad Hersfeldense suffragium attinet, illud, secundum numerum, quem IO. FRID. PFEFFINGER tomo IV. *Vitriarii illustrati* p. 366. inicit, locum LXXIV. in senatu principum occupat, fertque id landgravius Castellanus. Primum hoc factum in comitiis, anno 1653. habitis.

CAPVT XI.

DE EMINENTIA DOMVS HASSIACAE.

ARGVMENTVM CAPITIS XI.

- §. XCV. **E**minent Hassiae landgrauii virtute et artium bonarum cultura. Laudes ipsorum et merita in Germaniam. Stirpis antiquitas et imaginum gloria.
- §. XCVI. Amor et existimatio vtriusque Ferdinandi, caesarum, qua domum Darmstadinam sunt profecti.
- §. XCVII. Foederibus cum regibus et proceribus Europae ac germaniae

- niae clarent landgrauii Cassellani, nec non*
- §. XCVIII. *reconciliationibus pacis, garantien.*
- §. XCIX. *C. Carolus, vindex liberi sacrorum iuris, in diuersis prouinciis germaniae.*
- §. CI. *Eruditione complures landgrauii inclaruerunt, adeoque Hassia habuit semper principes, martis et artis gloria circumfluentes.*
- §. CII. *De cultu aulico et obseruantia in litteris, cerimoniale vocant.*

§. XCV.

EMINENTIA landgrauiorum Hassiae tanta est, quanta fere principis est in germania. Si enim eorum stemma consideres, constat, illud, quod ad patrem, a ducibus brabantiae, quod ad maternam vero stirpem attinet, a landgrauis Thuringiae uetustis originem ducere. Tam gloriosum et antiquum erat stemma Brabantinum, ut a Carolo magno illud deriuent genealogicarum rerum studiosi. Vetustatem stirpis Thuringici exposuit dn. PRAESES in *originibus iuris publici Hassiaci* §. 16. sqq. Sin potentiam et virtutem Hassiae landgrauiorum intuearis, illi quoque cum germaniae principibus de principatu facile contentent. Immo quod maximum est, caput gentis Hassiacae in folio regni Sueciae iam feliciter sedet, atque, ut paucis rem complectar, Hassiae landgrauis, aut Marte, aut arte semper inclaruerunt.

Eminentiam domus Hassiacae graphice et vere depinxit AVGVSTINVS LEYSER. Ita enim inquit in dedicatione tomi IX. *meditationum ad x.* „aeternum Hassiacae gentis decus et immortalè nomèn a multis retro seculis mirifice floruit, nunc vero ad id humanae gloriae fastigium euectum est, ad quod, praeter vnàm illi arctissimo necessitudinis et foederis vinculo stexam, ex iisdem proavis natam ac perpetuam virtutum et laudum comitem, nulla ex alia principibus Europae gentibus, penetravit. Etiam reliquae heroes suos habuerunt, et adhuc habent, sed nulla plures vno tempore, quam tua, domine. Nascitur vobiscum, quotquot ex PHILIPPO magnanimo ortum trahitis, prudentia bellica et fortitudo. Haec virtus vestra Hassiam primum stabilivit, deinde Germaniam firmavit, porro Europam pacavit, ac, quum in Europa nihil hostile superesset, in Asiam transgressa est. Nullum toto hoc seculo bellum gestum, nullum praelium commissum fuit, in quo non alicuius herois Hassiaci, saepe etiam plurium virtus enituerit, ac hostium vim vel fregerit, vel sustinuerit. Ipsa Höchstetterensis victoria, quae
„immi-

„imminens et iniectum iam Germaniae iugum excussit, post Eugenium et
 „Marlborugium Hassiacae genti debetur. Forfan illa numquam reportata
 „fuisset, ni FRIDERICVS, Suecorum rex, familiae vestrae caput, Anglos,
 „et tuus, domine, pater belgas in hostes duxissent, ac exemplo suo animos
 „militum inflammassent. Per hos salus nostra parta est, et pro opimis spo-
 „liis dux ipse hostium triumpho ductus, cet.

De stirpis Hassiacae antiquitate euoluas rogo IMMAN. WEBER. in *emblematis Hassiacis* p. 10. De Caroli landgrauii meritis in Germaniam lege to-
 mum XXXII. *der staats-cantzeley* p. 272.

§. XCVI.

Ferdinandus II. et III. imperatores, landgrauios Darmstadi-
 nos valde deamasse, legimus.

De Ferdinandi II. amore satis abunde testantur §. XXXII. sq. De Ferdinan-
 di III. exultatione docent sequentes, quas hic exarauit, litteras: „Is est Has-
 „siorum principum splendor, eaque cum primis illustris Georgii Land-
 „grauii Hassiae t. t. diurna et praecleara in nos sacrumque imperium ac au-
 „gustam domum nostram propria merita, vt vicissim beneficentiam et gratiae
 „nostrae caesareae affectum quauis occasione iure velut suo agnoscere posse
 „videantur.

Alia amoris et existimationis caesareae in Darmstadios specimina com-
 memorauit et laudauit FRANC. FRID. AB ANDLER tomo II. *corporis cons-
 titutionum imperialium*.

§. XCVII.

Foederum pactionibus multis clara est domus Castellana,
 quippe quae adhuc anno MDCCXXVI. cum rege magnae
 Britanniae foedus fecit.

Seruatur illud parte I. *der reichs-fama* p. 401. sqq. Superuacaneum foret,
 foedera, quae tempore medii aevi iecerunt Hassiae landgrauii, quaeque per censet
 IO. FRID. PFEFFINGER tomo III. *Vitriarii illustrati* p. 403. 408. sqq. memorare.
 Quem fugit celebratum illud foedus Smalcaldicum, pro tuenda conscien-
 tia libertate a Philippo magnanimo et electore Saxone aliisque anno 1526.
 initum. Huius duces erant Saxo et Hassus. Lege FRID. HORTLEDER.
von ursachen des teutschen kriegs libro VIII. capite II. p. 135. sqq. eiusque confir-
 mationem et aliorum ad hoc accessionem, apud IO. CHRIST. LÜNIG. parte
 speciali *des reichs-archivs* contin. 4. parte 2. *fortsetzung 9. abtheilung* 12. p. 658.
 et innovationem apud HORTLEDERVM l. c. capite III. Anno 1526. 1531.
 1533. 1536. alia foedera innotuere. Wilhelmus landgrauius anno 1551. cum
 Henrico II. Galliae rege foedus pepigit. Idem anno 1559. cum regibus Da-
 niae

niae et Poloniae foedus fecit. Ne dicam de eo, quo cum Mauritio Saxone in societatem coiuera ad patrem liberandum, teste IACOBO PERIZONIO in *commentariis rerum seculo XVI. gestarum* p. 459. Anno 1599. Ludouicus IV. et Mauritius cum aliis imperii proceribus foedus pacti sunt, et hic anno 1610. cum Friderico Palatino aliisque tale bis egit. Anno 1631. Wilhelmus V. cum aliis imperii principibus foedus percussit, ac eodem anno cum Gustavo Adolpho rege Sueciae. Anno 1639. Amelia Elisabetha cum Ludouico XIII. Galliae rege foedus, nec non aliud cum ducibus Brunfuisensibus feriebat. De foederibus Caroli landgrauii, cum Anglis Batavisque iam lubens fileo.

§. XCVIII.

Pacis reconciliatorem egit Carolus landgravius inter reges Carolum XII. Suecorum et Fridericum Wilhelmum Borufforum.

Testantur id *electa iuris publici* tomo X. p. 101. Mauritium anno 1608. pacis reconciliatorem inter Galliae regem aliosque perhibet GOTTFR. WILH. DE LEIBNITZ de *suprematu* capite LIX. p. 302. Huius parens Wilhelmus IV. anno 1580. arbiter fuit inter Fridericum II. Daniae regem et Ioannem ac Adolphum duces Slesuicenses, teste charta, quam seruat IO. CHRIST. LÜ-
NIG. in *collectione noua von der mittelbaren ritterschafft* tomo II. col. 899.

§. XCIX.

Religionis reformatae in palatinatu vindicem egit, Carolus landgravius, vna cum Anglis, Belgis aliisque.

Testatur hoc BVRC. GOTTH. STRVV in *der psaltzischen kirchen-historie* p. 1388. 1408. 1477. Adde *electa iuris publici* tomo XIX. p. 554. Dein de abroganda clausula articuli IV. pacis Ryswicensis sollicitus fuit, teste ANT. FABRO tomo XXIII. p. 599. l. c.

§. C.

Quum catholici, ob religionis cultum, Spirenses vehementius infectarentur; corpus euangelicorum rogauit Carolum, landgravium, vt eorum defensionem in se susciperet.

Euolue *electa iuris publici* tomo XX. p. 541. Praeterea curam gessit reformatorem Sigenenium, prout liquet ex ANT. FABRI *staats-cantzley* tomo XXI. p. 3.

§. CI.

Ceterum Hasfiae landgrauii, quod ad bonarum litterarum cultu-

culturam et eruditionem attinet, reliquis germaniae principibus fere palmam praeriperunt.

De Mauritio iam dixi §. XXXIV. schol. De Georgio II. testatur id dn. 10. DAV. KOEHLER parte II. *der historischen münz-bekräftigung* p. 354. et qui nobis hac in re otium fecit IMMAN. WEBER *de eruditis Hassiae principibus*, ubi de Wilhelmo sapiente, Mauritio, Wilhelmo V. siue constante, atque e stirpe Darmstadtina de Georgio I. seu pio, Ludouico V., Philippo Burisbacensi, Georgio II., Ludouico VI., eruditione clarissimis principibus agit.

Cui est incognitus Hermannus landgravius, magister? Quem latet, Carolum landgravium praeter eas, quae principem decent virtutes, vixisse in litteris ac mulageram fuisse?

§. CII.

De obseruantia, qua alios colunt, cerimoniale vocant, legendus erit IO. CHRIST. LÜNIG, in *theatro ceremoniali* tomo I. p. 82. et 704.

De cultu in litteris, ad alios scriptis, quem obseruat domus Cassellana, euoluendus erit IDEM tomo III. p. 203. 257. sqq. et de domus Darmstadtinae obseruantia agit IDEM p. 207. sqq.

Ceterum Carolus landgravius anno 1699. publicare iussit ordinem, quem quisque officialium suorum obseruare debet, *ein rang-reglement*, quod exhibet LÜNIG I. c. tomo II. p. 1503.

CAPVT XII.

DE

TITVLIS ET INSIGNIBVS HASSIAE LANDGRAVIORVM.

STNOPSIS CAPITIS XII.

§. CIII. **D**E titulo regis Sueciae, Hassiae landgrauii. De dignitate landgrauii.

§. CIV. De fratris regii, serenissimi Wilhelmi titulis. De Hersfeldensi titulo. Adduntur quaedam, ad iu-

ra Hassorum in Hersfeldensem facientia. (s. XXVI.) Singularia adhuc de lite cum Nassouii de Catimelibocensi comitatu, ad illustrandum §. X., nec non de comitatu Deciae (§. XI.) remouentur dubia historicorum. De comitatu Nidda-

K 3

Niddano (§. IX.). De Schaumburgico comitatu, qui est alodium Hassorum. Tenor pacti, anno 1647, cum Lippiaco, initi. (§. XVIII.)

§. CV. *Titulus serenissimi Ludovici VIII. landgravi Darmstadini. Quando Isenburgicum nomen titulo Hassiaco accesserit? Eius filii se comites Hanoviae appellant.*

§. CVI. *De insigni gentilitio Hassiaco, Hersfeldensi, Cattimelbocensi, Deciano, Ziegenhainensi, Niddano, Schaumburgico, Hanoico, et Isenburgico. Erroribus vulgaribus ubique explosis, vera horum insignium descriptio datur. De apantagiatorum principum, utriusque familiae, insignibus.*

§. CIII.

TITVLVS landgravi Hasfiae Castellanae hic est:

FRIEDERICH, der Schweden, Gotben und Wenden könig &c. landgraf zu Hessen, fürst zu Hersfeld, graf zu Katzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain, Nidda und Schaumburg &c.

I. De dignitate ac statu landgravi, huiusque nomine, egit dn. PRAESES in *origibus iuris publici Hassiaci* §. 46.

II. Errat 10. WILH. IMHOF in *notitia procerum imperii* libro IV. capite VII. §. 14. p. 322. ubi titulo regis voces: *dominus in Epstein*, adiecit. Maiore errore labitur auctor *des staats von Hessen*, qui p. 56. titulo addit: *herr in Epsteinstein, Pleß, Itrer, Brandenstein und Büdingen.*

§. CIV.

Serenissimus Wilhelmus, frater regis, et qui loco eius Hasfiae praeest, titulo hoc utitur:

WILHELM, landgraf zu Hessen, fürst zu Hersfeld, graf zu Katzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain, Nidda, Schaumburg und Hanau &c. Ibro Königlichen Mayestät in Schweden statthalter über dero Heßsche lande &c.

I. Interim, ne caput hoc nimis sterile tibi appareat, et ut rectius intelligas ea, quae §. XXVI. p. 22. dixi, adhuc obserues, rogo, quod quantum ad Hersfeldiam attinet, Albertus abbas promississe feratur: „ne abbacia unquam a landgraviis auelleretur, quorum fidei spontanea clientela se commiserit, ut viris, arcibus atque urbibus, praesidiis Hassiacis, quando landgraviu lubeat, firmandis contra quoscumque hos iuvare obstricta esset.“ Anno 1517. Philippus magnanimus cum Cratone abbate denuo pepigit: ne unquam Hersfeldia alienae ecclesiae accessio fieret, neue ad eius praesulatum alia, quam electionis aut postulationis via, neque iis pateret, qui sacri principatus dignitate iam ornati, aut Hasfiae landgravi exosi essent. Purgavit etiam sacra subditorum Hersfeldensium, Philippus. Ferdinandus III. is est, qui

qui post pacem Westphalicam, domum Cassellanam primus inuestiuit principatu Hersfeldensi, die 20. augusti anno 1650.

II. Litem, quam Nassioici Hassis de comitatu Cattimelibocensi ac Decienti Nassioici initio non desiderarant. Sed Io. Oldendorpii consilio decepto principe, quippe qui, de victoria caussae, hunc spe vana lactauerat, res tandem eo rediit, vt landgravius anno 1548. caussa caderet. Sed rescissa hac sententia, anno 1552. voluit caesar, vt res per arbitros diiudicaretur, quod anno 1557. etiam est factum, teste IAC. AVG. THVANO. Soluere igitur debuit landgravius Nassioicis sexies mille aureos pro comitatu cattimelibocensi, non quadringentes mille, vt vulgo putant. Reapse quidem tot soluit in pecunia numerata. Nam reliqua centum quinquaginta millia compensauit. Conuenerunt praeterea, vt, si masculinum stemma Hassiacum deficeret, Nassioici aut superiorem aut inferiorem comitatum cattimelibocensem, aut trecenta millia aureorum acciperent. Addit BVCHIVS, dum hac de re egisset: *damals ist zu aufbringung dieser summe die trancksteyr in Hessen angelegt worden.*

III. Deciae comitatus ad Lantum suos habuit comites. Quibus in Gerlaco anno 1388. extinctis, cum Iurta decienti ad Nassouios et per filiam Adolphi Nassioici ad Epsteinios, is deuenit. Sed lite a Nassioicis mota, illi dimidiam partem saltem retinuerunt. Hanc dimidiam, partim pignoris, partim simultaneae inuestiturae iure Cattimelibocenses nati sunt, et dein reliquarum partium quoque fuerunt potiri.

Iam dixi p. II. quam variant heic auctores. Contradicunt sibi PHIL. IAC. SPENER in opere heraldico p. 637. et 657. nec non auctor *des europaischen herolds* p. 474. et p. 571. qui sibi ipsis non constant, quid ad Hassos, quidque ad Nassouios, peruenerit. Hoc certum est, quod, si exigua quaedam exceperis, totius comitatus Deciae potiri sint Nassioici, hac lege, vt, extincta Wilhelmi Nassioici, araufensis principis familia, Hassi recuperare queant hunc comitatum, pro centum quinquaginta mille aureis exsoluendis. Vide sis IMM. WEBER. in *emblematis Hassiacis* p. 22.

IV. Mortuo Engelberto comite Niddae, anno 1329. Ioannes Ziegenhainensis ipsi successit.

V. Schaumburgicus comitatus est allodium Hassiae landgrauiorum. Patrum, quod cum Philippo Lippiaco fecit Castellis die II. augusti anno 1647. Amelia Elisabetha, seruat IO. CHRIST. LÜNIG. tomo II. *corporis iuris feudalis* col. 1769. 1799. Hic comitatus septem constat praefecturis, Rodenburgo, Arensburgo, Hagenburgo, Schaumburgo, Bückebugo, Sachsenhaga et Statthaga, in quae successere Wilhelmus VI. landgravius et Philippus Lippiacus; ita tamen, vt hic suam portionem dimidiam, iure noui feudi masculini, ab Hassiae landgrauio, acciperet. Ius monetae ac insignium commune est. Quodsi Philippi comitis posterius mares deficient, eius portio absque vlla exceptione, retro uenit ad Hassos. Vidua et filiae, si quae sint, et heredes allodiales sub nulla iuris

iuris specie, iure retentionis vti queunt. Alimenta autem filiabus dabunt Hassi, vsque dum inuenerint nubendi conditionem.

VI. Ceterum Gottfriedum dynastam de Eppstein et comitem Deciae, dynastiam Eppstein, Wilhelmo, iuniori, landgrauio pro sex et quadraginta mille aureis vendidisse, perhibent.

VII. Longam titulorum seriem landgrauii Hassiae adducere possent, si vellent.

§. CV.

Serenissimus Ludouicus VIII. qui hodie Darmstadinæ provinciae praeest, ita vocatur:

Landgraf zu Hessen, fürst zu Hersfeld, graf zu Katzenelbogen, Dietz, Ziegenhain, Nidda, Schaumburg, Isenburg und Büdingen, et.

I. Filii huius nomen, comitis Hanouiae adhibent.

II. Nomina Isenburgicorum et Büdingensium ideo suo titulo addiderunt landgrauii Darmstadini, quia Ferdinandus II. anno 1635. ipsis Isenburgicas et Büdingenses regiones, donauerat. At vero anno 1642. res eo deuenit, vt comites Isenburgici cum landgrauio Darmstadiño transigerent. Quo etiam factum est, vt huic ius succedendi vna cum titulo fuerit datum. Vide interea TOB. PFANNER. *de praecipuis Germaniae gentibus* p. 285.

§. CVI.

Insignia Hassiaca regis suae exhibent scutum, semel ad perpendicularium et bis transuersim sectum, quod sex areolas complectitur, quibus accedit parmula, cordi scuti incumbens.

I. De insignibus Hassiacis commentatus est dn. PRAESES *in der probe einer verbesserten heraldic.* ac illa, aere exsculpta, fere secundum descriptionem huius exhibuit dn. IO. DAV. KOEHLER *im wapen-calender* de anno 1740. p. 28.

II. Leo Hassiacus argenteus coronatus, conspicitur in parmula caerulea, tribus taeniis rubris. Cur hic leo taeniis distinguatur, ostendit dn. PRAESES *tom VII. analectorum Hassiacorum* dn. KVCHENBECKERI p. 133. sq.

III. Prima areola scuti argentea refert crucem rubram, qualem patriarchae gerunt. Est haec Hersfeldensis principatus symbolum. Vide dn. PRAESES *probe der bevaldic.* p. 24-29.

IV. In secunda areola transuersae secta, parte superiore nigra, est stella argentea, sexangularis, dn. PRAESES l. c. p. 34. inferiori autem parte auro puro tincta est: designat comitatum Ziegenhainensem.

V. Tertia areola leonem erecto situ rubrum cum corona et lingua caerulea exhibet, dn. PRAESES loc. cit. p. 35. Emblema haec habes Catimelimbocense.

VI. Quar-

VI. Quarta areola rubra leones duos gradientes aureos fiffit, ob comitatum Deciae, dn. PRAESES I. c. p. 39.

VII. Quinta areola ex nigro et auro est transuerfe fecta, fuperiore parte fulget duabus ftellis argenteis octangulis, dn. PRAESES I. c. p. 41. inferior autem pars est aurea. Idolum vides Niddanum.

VIII. Sexta areola est in duas partes transuerfim difsecta, quarum fuperior rubra, inferior vero argentea, tribus vrticae foliis circumdata, quae interftinguunt tres clau pinnebergici. Dn. CAR. FRID. DINGELSTEDT tomo IX. *analectorum Hassiacorum* p. 1. 199. rofam heic latere coniecit, quippe quae idolum Schaumburgicum fuiffet. Quae opinio Caffellanus fe probaffe viderur, vt ex insignibus patet, quae dn. KÖHLER I. c. p. 7. exhibuit. Nititur enim fide figillorum Schaumburgicorum veterum.

IX. Vulgarem Hassiaci insignis descriptionem dederunt IO. WILH. IMHOF in *notitia procerum imperii* libro IV. capite VII. p. 330. PHIL. IAC. SPENER in *hifloria insignium illuftrium* libro III. capite XXIII. p. 634. et IMMAN. WEBER in *emblematibus Hassiacis* p. 33. 199.

X. Scutum Hassiacum quinque ornant galeae. Media est Hassiaca coronata, quae ex mente dn. PRAESIDIS I. c. ita erit describenda: *auf weleben zwey silberne, und von auffen auf ieder feite mit funf grünen rautenftäben befleckte büffels-börner, wie dann auch aus deren mündung dergleichen rautenftab hervörager.*

Huic ad dextram proxima Hersfeldienfis, cauda pauonis ornata, coloris naturalis; ad finiftram Ziegenhainenfis capra exfurgens nigra alata, cornibus pedibusque aureis, alis, emblemate feuti pictis. Extrema ad dextram, Catri-melibocensis coronata iugum alarum complicitarum fuifinet, quarum anterior apparens in orbe aureo leonem exhibet, qualem in feuto confpicimus. Vltima Schaumburgica galea ad laeuam tegitur diademate tortili, *wulff*, auro et argenteo et vexillis quinque argenteis lanceis, *zwischen zween gleich böben filbernen ftäben, oben mit goldenen küpfen und zween grünen pfauenwedeln.*

XI. Wilhelmus Hassiae landgrauus, huic insigni addidit idola Hanoica, quae enumerant dn. PRAESES I. c. p. 63. et dn. IO. DAV. KÖHLER I. c. p. 95. Hoc scutum femel transuerfim et ad perpendicularum fecatur, atque adeo quatuor laterculos comprehendit, accedit feuto parmula, cordi eius imposita. Haec ex minio et auro transuerfim fecta, Münzenbergicam dynaftiam indicat, dn. PRAESES I. c. p. 65.

Primus et quartus feuti Hanoici laterculus aureus tres cantherios rubros commonftrant, qui Hanouiae comitatum defignant, dn. PRAESES I. c. p. 63. fecundus et tertius aureus tribus fasciis rubris diftinguitur, notatque comitatum Rhineccenfem.

Galea hanoica cygno candido exoriente, alis expanfis ornatur: Münzenbergica tegitur pileo coccineo, ora hermionica redufta, et ornata pluma pauonina, quam ftipant duo vexilla, coloribus feutariis diftinfta, dn. PRAESES

I. c. p. 67.

L

I. c. p. 67. Galeae Rhinecciae coronatae insistit cygnus candidus, dn. PRAESES I. C.

XII. Landgrauii Darmstadini insigne gentilitium Ifenburgicum ac Büdingense adiciunt idolis Hassiacis, nempe scutum argenteum, cui inductae sunt fasciae duae nigrae, dn. PRAESES I. C. p. 43.

XIII. Principes filii Ludouici VIII. insigne suum auxerunt parmula Hanoica aurea, in qua tres cantherii rubri conspiciuntur. Inter eorum galeas apparet quoque illa, quae cygnum Hanoicum commonstrat.

XIV. Principes apanagiati familiae Cassellanae insigni vtuntur Hassiaco, de quo schol. 2. - 10. egi, absque discerniculis.

XV. Apanagiati landgrauii stemmatis Darmstadini, praeter Hassiacum insigne, Ifenburgicum deigma pariter gerunt.

CAPVT XIII.
DE
PRAETENSIONIBVS HASSIAE LAND-
GRAVIORVM.

SVMMA RERVM.

§. CVII. **P**raetensiones in Brabantiam, Waldecciae superioritatem, Teclenburgum et Rhedam, Ifenburgum, Gelnhusam. Rittbergenses controuerfiae et Cornbergicae, Taxtae, Schwarzburgicae, Cleebergicae, reliqua.

§. CVII.

PRAETENSIONES landgrauiorum Hassiae vulgo ita recensentur: ius in Brabantiam, in prouincias Saxonicas et Brandenburgicas ex pacto confraternitatis, ius superioritatis territorialis in comitatum Waldecciae, praetensio in Teclenburgum et Rhedam. Dein domum Darmstadinam praetensiones formare perhibent, ratione Ifenburgi et Büdingae. Huc quoque referunt lites cum principibus Hassiae Homburgensibus, intuitu Bingenhemii, et cum electore palatino, ratione iuris episcopalis et aliorum iurium in Vmstadio, nec non litigia inter domum Cassellanam et Darmstadinam, ratione hereditatis mobilis nuper

nuper defuncti comitis Ioannis Reinhardi, Hanouienfis. Ne dicam de controuersia, quam elector Moguntinus de parte *des freygerichts* mouit Wilhelmo landgraui. Darmstadini contra comitem de Solms Braunfels, quartam partem oppidi Butzbach suam esse, affirmant, et quae sunt alia.

I. Commemorant praetensiones, quas dixi, CHR. HERM. SCHWEDER in *theatro praetensionum*, auctor *des teutschen reichs-staats* col. 1107. sq. atque auctor *des staats von Hessen* capite VII. p. 97. sqq. His addit BYRC. GOTTH. STRVV in *corpore iuris publici* capite XXIX. §. 48. p. 1105. praetensionem in ius episcopale in pago Kircholzhaußen, ad comitem de Ingelheim spectante. Verum hic locus audit Holzhausen, et ad differentiam aliorum, Burgholzhausen.

II. De praetensione in Brabantiae ducatum euolue IO. NIC. HERT. volumine I. consilio 599. p. 983. sqq. et da. IO. PHIL. RYCHENBECKERI *apotelectorum Hassiacorum* tomum I. p. 40 - 73.

III. De controuersia cum Hsenburgicis comitibus vide §. XIV. et SAMVEL. PVFENDORFI *commentarios de rebus Suecicis* libro XIX. §. 196. p. 787. MICH. CASP. LONDORPII *actionum publicorum* tomum V. p. 143. nec non AHASV. FRITSCH *ad instrumentum pacis* p. 439. Anno 1635. Ferdinandus II. caesar iussit, vt cuncti subditi Hsenburgici Georgio II. Hassiae landgraui fidem et obsequium darent, teste IO. CHRIST. LÜNIG *in reichs-archiu* parte speciali *unter Oesterrreich* p. 426. Add. HOFMANN l. c. p. 303. sq.

IV. Varias lites Darmstadinorum cum Hsenburgicis finiuit, transactio anno 1710. inita et a Carolo VI. caesare anno 1715. confirmata.

V. Cum Waldeccis veteres sunt lites, ac recentiores. De illis euolue scripta, quae nominat *bibliotheca iuris publici* CHRIST. GOTTFR. HOFMANNI p. 421. sq. Adde quoque CHRISTOPH. HERM. SCHWEDERI *theatrum praetensionum* tomo II. p. 174 - 194. Inter has referenda est lis de superioritate territoriali in pago Wenzigeroda, de qua agunt *die reichs-hofsraaths-conclusa* tomo V. p. 378-396.

VI. Ob vnionem hereditariam inter Wilhelmum IV. landgrauium et Annam Teclenburgicam anno 1575. iniram, ius successions in Teclenburgum sibi competere Hassi affirmarunt. De Rittbergeni controuersia egit SCHWEDER l. c. p. 198-203.

VII. Quod Gelnhüsa, ciuitas olim imperii, electori palatino et comiti Hanoico, ex multis iam annis inde ab anno 1349. fuerit oppignorata, docet IO. PHIL. KNIPSCHILD *de ciuitatibus imperialibus* libro III. capite XVI. p. 809. sq. Quum vero iudicium camerae imperialis, anno 1734. hoc pignus subiectionem inuoluere, negaret; Palatini et Castellani nuper in comitiis de admissione ciuitatis ad suffragium conuelli sunt apud imperii proceres per modum, quem vocant, recursum. Confer IO. IAC. MOSERI *reichs-sama* parte XIX. p. 764. parte XXI. p. 699. parte XXIII. p. 678.

VIII. Variæ cum principe Taxio controuersiæ fuere, de regali postarum iure. De attentatis eius in vrbe Cassellarum anno 1659. et grauaminibus landgrauii hac de re, lege *die reichs-hofraths-conclusa* tomo I. p. 642.

IX. De Cornbergica controuersia ob Auburgum, videndus erit IO. CHRIST. LÜNIG in *supplemento bibliothecæ deductionum* p. 837. et SCHWEDER I. C. p. 203. De iure landgrauii Darmstadini in quartam partem oppidi Butisbaci contra Solms Braunfels, consulas velim IO. CHRIST. LÜNIG. in *der grund-feste* parte II. p. 343. Adde HOFMANNVM I. C. p. 303.

X. Vtrum a cancellaria Schwarzburgica, quæ Sondershusæ est, Cassellas prouocare liceat? negat hoc illa. Interea, litigantes nonnullos interdum ad landgrauium Cassellanum prouocare, didici ex actis, in causâ Io. Melch. de Minnigeroda contra Christian. Ludou. de Minnigeroda.

XI. Munus circuli ducis, *crayst-obristen*, suum esse contendunt landgrauii Darmstadini, nec non officium condirectoris in circulo rhenano superiore. Plura hac de re dabit IO. CHRIST. LÜNIG in *scriptis selectis illustribus* p. 347. 361. sq.

XII. In ganerbinatu Cleeberg Darmstadinis cum Nassouii Weilburgenfibus, multæ sunt lites. Vide *auserlesene reichs-hofraths-conclusa*, *erstes stück* p. 87. sqq. Licet enim in Hüttenberga cum Weilburgenfi communio fuerit sublata; hæc tamen in præfectura Cleeberg adhuc durat. De controuersia, quam comes in Hohenfolms ob sextam partem præfecturæ Cleeberg Darmstadinis coram senatu imperii aulico excitauit, iam non dicam.

CAPVT XIV.

DE

RELIGIONE ET ACADEMIIS IN HASSIA.

EPITOME CAPITIS XIV.

§. CVIII.

Cassellani principes, exceptis rege et Rotenburgicis, fidei reformatæ sunt addicti, nec non Hassia inferior. In Hassia Cassellanorum superiore plerique sunt Lutherani. Horum quoque sacra colit domus Darmstadina. Homburgici reformatam profitentur religionem. IV. classes cleri Has-

saci, I. superintendentium, II. inspectorum, III. metropolitanorum, IV. parochorum.

§. CIX. De academiis domus Cassellanae, Marburgensi nimirum et Rinteltensi. De Ludouiciana in Hassia Darmstadina. Singularia de his.

§. CX. De statu religionis in comitatu Hanoico Münzenbergico.

§. CVIII.

§. CVIII.

SACRA, quae domus Cassellana, rege excepto, colit, sunt reformatorum. Stemma regens Darmstadinum fidem Lutheranam, sequitur. Apanagiati stirpis Cassellanae, qui vocantur Rotenburgici, sacra profitentur pontificia. Philippsthalenses contra fidei reformatorum sunt addicti; nec non gens Homburgica cultum eundem sequitur.

I. Multam litem de sacris agitarunt, tam principes ipsi, quam eorum theologi. Vide quae obseruarunt dn. PRAESES in *delineatione iuris ecclesiastici protestantium* capite II. et dn. ERN. SAL. CYPRIAN in *der historie der augsburgischen confession* capite XVI. §. 4. p. 261. sq. Quae sint obseruanda circa religionem in principatu superiore ad Lanum, definiuit pactum de anno 1648. §. 5. nec non in Smalcaldiensi, forma sacrorum regitur, per pactum *den neben-abschied* de anno 1648. (§. XLV. p. 40.)

II. Superintendentes duo, qui reformatae fidei addicti sunt, in prouinciis Cassellanis constituti reperiuntur: alter Cassellis uiuit, alter vero Allendorffii ad Werram. Marburgi degit superintendens lutheranorum sacra colens, quae sequitur etiam Rinteliensis.

III. Gießlæ olim duo erant superintendentes. Postea inter tres theologiae professores diuisum fuit hoc munus, ita quidem, ut districtus, quem vocant Alsfeldensis, nunc suum superintendentem et Marburgensis, quoque suum Gießlæ, habeat.

IV. Sub his uiuunt inspectores, et, qui post hos veniunt, metropolitani. Hæ sunt classes præcipuae clericorum, qui præpositi sunt parochis et ludimagistris in Hassia.

§. CIX.

In Cassellanorum prouinciis duae reperiuntur academiae, altera Marburgi, altera vero Rintelii. Quod ad Gießenam attinet, illam sub Darmstadina ditione esse, constat inter omnes.

I. Marburgensem academiam fundauit Philippus magnanimus anno 1527. die 30. Maii, confirmauit eam Carolus V. die 16. Iulii anno 1541. Fundatam eam fuisse anno 1526. contendit IO. FRID. PFEFFINGER tomo III. *Vitriarii illustrati* p. 236. Fata eius perceruset IO. IVST. WINCKELMANN l. c. p. 440. et 199. confer quoque *hypotyposin palistorum academiae Marburgensis, delineatam* per IO. HARTM. KORNMANNUM, Cassellis anno 1653. in 4to et CHR. AVG. HEVMANNI *historiam academicam*, quae subiecta est HERM. CONRINGII *antiquitatibus academicis* p. 116. - 118.

II. An Marburgensis academia eadem sit hodie, quam olim condiderat Philippus magnanimus? negarunt Darmstadini. Ast contradixerunt Cassellani et Marburgensem non nouam, sed veterem illam adhuc esse academiam Philippinam, contenderunt. Eoultue tomum II. *actorum Hanouienfium* p. 255. 199.

III. Ernestus Schamburgensis die 19. Iulii anno 1619. ab electore Palatino, Friderico, vicario imperii priuilegia obtinuit, quibus ipsi indulgetur ius Stadhagae condendi academiam, quae postea Rintelium translata, et die 9. Maii anno 1620. a Ferdinando II., imperatore est confirmata. Plura dabunt 10. IVST. WINKELMANN l. c. p. 461. 199. 10. FRID. PFEFFINGER tomo III. *Vitarii illustrati* p. 249. 19. et CHRIST. AVG. HEVMANN l. c. p. 172. - 175. Inaugurata demum fuit die 27. Iulii anno 1621.

IV. Gissenae academiae fundamenta iecit Ludouicus V. qui eam inaugurare iussit die 7. octobris anno 1607., largiente priuilegia Rudolpho II. imperatore die 19. maii anno 1607. Vide 10. FR. PFEFFINGER l. c. p. 239. et CHRIST. AVG. HEVMANN l. c. p. 55. - 61. dos academiae huius consistit in vogteis, seu redditibus, quae colliguntur Marburgi, Callerniae, Giffae, Grünbergae et Alsfeldiae.

V. Frustra sunt ii, qui cum BURCH. GOTTH. STRVIO in *corpore iuris publici* capite XII. §. 19. p. 441. sibi persuadent, quod decani ordinis iuridici in academiis Marburgensi et Giffensi, habeant facultatem creandi notarios.

VI. Quodsi in comitiis Hassiae vniuersalibus, vtraque comparuerit academia; illa occupat sedem priorem, in cuius principis territorio conuentus habetur, prout decusum est in pacto de anno 1650. §. 3.

§. CX.

Quid iuris sit circa sacra lutheranorum et reformatorum, in comitatu Hanoico Münzenbergico, docet pactum Friderici Casimiri, comitis Hanouiae cum iis, qui ipsi subiecti erant, ac reformatam colebant fidem.

Pactio haec fuit inira anno 1670. die 16. (26.) augusti. Firmavit eam Leopoldus imperator, et legitur apud CHRISTIAN. GASTELIVM loc. cit. p. 866 - 877.



CAPVT XV.
DE
STATIBVS HASSIAE PROVINCIALIBVS
ET HORVM SVBIECTIONE TERRITORIALI.

CONSPECTVS CAPITIS XV.

§. CXI. CXII.
et CXIII.

DE statibus Hassiae provincialibus: commendatoribus Marburgensi et Schiffenb. academiis Marburgensi et Giffena, equitibus ac ciuitatibus. De direttore ac loco conuentuum.

§. CXIV. CXV. De subiectione territoriali statuum provincialium, praesertim commendatorum ordinis teutonici.

§. CXVI. De gentis Ridefelsiae land-sassatu, nec non

§. CXVII. Schenckiae, ac

§. CXVIII. Buseckiae, aliorumque.

§. CXIX. De executione nobilitatis immediatae in praediis nobilium in Wetterauiā, quae Hassiae parct, itemque Hanoica prouincia. De homagio in euentum mortis praestando. De vasallis Hassiae subditis. De exemptionibus.

§. CXI.

SVNT in Hassia status prouinciales, qui ad conuentus prouinciae conuocari, solent.

Confulas velim dn. PRAESIDIS *origines iuris publici Hassiaci* p. 86. sqq. Sunt autem conuentus prouinciales vel vniuersales, vel particulares. Illos inter vtramque stirpem communes esse, notauit §. XLI. schol. 7.

Varia, quae ad status Hassiae prouinciales, praesertim nobiles, spectant, compilauit IO. CHRIST. LÜNIG in *collectione noua von der mittelbaren ritterschafft in Teutschland* tomo II. col. 786-831.

§. CXII.

In numero statuum prouincialium, regionis Castellanae, sunt in ordine praelatorum, commendator balliuiā, vt vocant, Hassiacae, qui Marburgi degit; academia Marburgensis; dein ordinis equestris homines et ciuitates.

Illos, nobiles scilicet, enumerat dn. PRAESES parte X. *der kleinen schriften* p. 163. sqq. Rufficorum nomine nemo admittitur. Nec ex equestri ordine locus illi datur, qui quatuor maiores nobilitatis auitae paternae et rotidem maternae, exhibere nequit.

§. CXIII.

§. CXIII.

Classi praelatorum, ex ordinibus prouincialibus Hassiae Darmstadiinae accensentur commendator ordinis teutonici, qui Schiffenbergae prope Gissam degit, et academia Gissenfis, equestris ordinis personae illae, quas recensuit dn. PRAESES l. c. p. 168. sq. et ciuitates.

I. Directoris munere in vtraque Hassia tam Cassellana, quam Darmstadiina fungitur, mareschallus hereditarius, qui est senior familiae Riedesolorum de Eysenbach, hicque proedrae ius negat academiis competere atque in possessione huius praerogatiuae, viuit. Immo, quod mireris, pincerna hereditarius, qui est senior Schenckiorum de Schweinsberg, etiam priorem locum denegat academiae Gissenae, et statim post mareschallum subscribit pactis, *den land-tags-recessen*, licet contradicat academia et intercessionem, vulgo prorestationem suae subscriptioni addat.

II. In eiusmodi conuentibus prouincialibus princeps ipse non comparet, sed per commissarios proponenda cum statibus communicat. Conuentus Cassellanorum plerumque Cassellis, Darmstadinorum vero, vt plurimum, Gissae habentur. Ceterum erit notandum, quod mareschallus hereditarius et pincerna hereditarius in vtriusque domus tam Cassellanae, quam Darmstadiinae conuentibus, locum habeant.

§. CXIV.

Subiectionem territorialem, quam landfassiatum vocant, in Hassia vigere, tam iuris publici doctores, quam experientia quotidiana, satis abunde docent.

I. Quanam iura sint horum statuum, iam dispicere non vacat. Qualia esse illa declarauerit Amelia Elisabetha, ex huius litteris, ad istos anno 1646. scriptis, tumet ipse addicere poteris, si libuerit consulere 10. CHRIST. LÜNIGII *collectionem nouam von der mittelbaren vitterschafft* tomo II. col. 81. 89.

II. Equidem commendator ordinis teutonici, cuius sedes Marburgi est, nec non Schiffenbergensis, se landfassios esse pernegant, nisi pacto Carlstadiensi, quod ipsos a landfassiatu eximere, putant. Verum anno 1567. die 22. Maii Ioannes de Rehen, commendator Marburgensis, homagium, *die erb-buldigung* praestitit. Confer quoque *die gelobnis, so ein land-commenbur der bayley Hessen einem regierenden landgrafen des ober-fürstenthums Hessen zu leisten pfleget*, apud 10. CHR. LÜNIG. tomo II. *corporis iuris feudalis* col. 1709. et litteras, quas contra ordinem teutonicum, Philippus magnanimus in comitis Spirenibus exhibuit anno 1545. quae leguntur apud CHRIST. GASTELIVM l. c. capite XXX. p. 848-851.

§. CXV. Nec

§. CXV.

Nec est, vt obicias, dicasque, quod commendatores ordinis teutonici in Hassia sint personae ecclesiasticae. Nam hoc dubium satis refellit pactum, inter Ioannem, episcopum Moguntinum et Ludouicum Hassiae landgrauium anno cIo cccc xvi. initum.

Nec ordinem teutonicum iuvat pactum Carlstadiense, inter landgrauios et Henricum ordinis magistrum anno 1584. initum. Quamuis enim ibi §. 4. haec legantur verba: *Ein land-commenthur und seine unterthanen sich andern vom adel gleichmassig erzeigen &c. doch soll in belegung der reichs- und land-steyern mit des ordens und deren von adel unterthanen gleichheit gehalten, und sonsten der orden und seine unterthanen der balley Hessen mit fernern und weitern dienstbarkeiten und beschwerungen von herrn landgrafen nicht beladen, solches auch der land-commenthur zur keiner landsasserey gedeutet oder angezogen werden.* Facile tamen ex his verbis et ex compage totius instrumenti colligitur, quod commendatores se exemptos esse voluerint, a nonnullis, ad quae alias Hassiae landfassi sunt obstricti. Quum vero horum officium postulare, vt principem in bello sequantur, id tamen recusauisse ac deprecatus esse videtur commendator, praesertim quum ipsi tanquam militi sacro, religionis defensor, incumberet. Quapropter libertatem sibi stipulatus fuit, ne instar reliquorum landfassiorum ad patriam defendendam, landgrauium sequi, cogereretur. Ac, ne hic ipsum pro ciue haberet minus fidei, promisit §. 3. pacti, de quo dixi, *mit sechs wagen-pferden und zweyzen knechten folge und rath zu leisten.* Mens ergo et intentio pacificationis tunc erat, immunitas commendatoris a seruitiis bellicis. Vt iam sileam alia argumenta, quibus vtuntur Darmstadini in der kurzen specie facti mit rechtlicher deduction der dem hant Hessen-Darmstadt über die in dero landen denn teutschen orden zugehörige güter und darauf wohnenden personen hergebrachtzen superiorität &c. Giesae 1726. in fol.

Cur enim §. 2. pacti Carlstadini stipulatus est commendator, quod comparere velit in conuentibus Hassiae provincialibus?

Cur Ioannes a Rehen commendator, anno 1548. Hassiae landgrauium suum dominum compellauit?

Cur inter status Hassiae provinciales Dietericus von Clee, land-commenthur der balleyen zu Marburg, interfuit et subscripsit vnioni, anno 1509. initae, prout testatur der Hessischen landständen vereinigung; quae legitur apud 10. C. H. L. ÜNIG. in collectione noua von der mittelbaren vitterschaft tomo II. col. 802.

Cur idem, quum de mandato, der landständen vollmacht, anno 1515. ageretur, inter alios status provinciales Hassiae comparuit?

Cur Ioannes de Lüderbach, commendator Schifftenbergensis, anno 1616. cum aliis statibus testamentum Ludouici IV. ratum habuit?

Cur anno 1594 pacto conuentus Hassiae provincialis, subscripsit Wilhelm von Oynhausen, landcompthur der balley Hessen und compthur zu Marburg?

M

Cur

Cur idem egit Fridericus de Hörde, *vogt zu Marburg und teutschen ordens*, quod similiter factum anno 1603. ab eodem, nec non 1609. a Wilhelmo von *Münchhausen landcomthur zu Marburg*. Ne dicam de compluribus exemplis, quae docent, quod commendatores ordinis teutonici in Hassia saepissime in iudicium vocati fuerint ab aliis apud regimina Hassiaca. Immo ipsis iniungunt privilegia, quae Rupertus et Carolus V. imperatores, ordini teutonico indulserunt, voluntque, ne Hassiae landgraviorum iurisdictioni sese subducerent. Ceterum landassiarum ordinis teutonici in Austria defendit FRID. LVD. DE BERGER in appendice vltima, quam subiecit *animaduersionibus ad HENR. DE COCCEII iuris publici prudentiam* p. 782-796.

§. CXVI.

Pariter gens ipsa Riedeselia, ratione praefectarum, *der gerichter Engelrod, Oberohmen, Lauterbach, und zu der letzten gehörigen vorstadt Lauterbach, das werth genant*, eique in his regionibus subiecti, superioritati territoriali Darmstadiinae, parent. Idcirco sacramentum, quod vocant homagium landgrauio Darmstadiño per se ipsos dicunt Riedeselii, et in conuentibus prouincialibus comparent, atque apud Hassiae dicasteria in ius vocantur, ac subditorum Riedeselianorum adpellationes, si causa pretium 30. florenorum aequat, ad eadem deuoluuntur. Iura vero, quae gens, quam dixi, sibi stipulata est per pactum die 31. martii a 1713. Darmstadii initum, hic commemorare non attinet.

§. CXVII.

Gentis Schenckiae de Schweinsberg landassiatum itidem extra dubium est positum, vt iam de aliis ditioribus Hassiae nobilibus, Malsburgiis videlicet, et reliquis, fileam.

Vide dn. PRAESIDIS *kleiner scrifften* partem I. p. 5. sqq. et partem IX. p. 160. sqq. Adde tabulas Ludouici landgrauii Marburgi die 6. Augusti anno 1570. scriptas, intuitu *des Raitzbergs et Eüßer gerichts Kirchorff*, ac declarationem tabularum istarum die 1. Martii anno 1577. datam. Confer quoque *succinctam facti speciem cum aliquali deductione iuris in sachen des herrn landgrauen zu Hessen entgegen dero vasallen und landassien die Sebencken zu Schweinsberg puncto angemaßter cognition in cauffis ecclesiastlicis*, anno 1736. fol. Malsburgiorum et Schenckiorum pacta ganerbinatus, exhibet 10. CHR. LÜNING in *collectione noua von der mittelbaren ritterschaft* tomo II. col. 785. sqq. et 795. sqq. Saepè quaestio formatur: an eiusmodi pacta sint valida intuitu principis?

§. CXVIII.

De Buseckiis, sortem nobilium immediatorum adfectantibus,
maximum

maximum et graue litigium agitatum fuit, inter landgrauium Has-
siae Darmstadinum Ernestum Ludouicum, subditos Buseckianos
atque nobilitatem, quam vocant *mittel-rheinische ritterschaft*.

Buseckiana gens in diuersas stirpes abit. Alia vocatur *Buseck in Buseck*, ex
qua ortus est Amandus, abbatiam Fuldensem iam regens: alia Buseckiorum
dictorum *Münch*, alia denique Buseckiorum dictorum *Brand*. In ganerbinatum
dudum coiuit haec gens, et directores eius vocantur: *schultzeißer vierer*.
De lite cum Darmstadinis vide ANT. FABRISTAAZS *cantzellei* tomo XIII.
p. 214. 199. et *electa iuris publici* tomo I. p. 51. 199. inprimis vero *memoriale an
die reichs-versammlung zu Regensburg in sachen der unterthanen und eingeseßenen
des Buseckerthals, klägerer, der mittel-rheinischen reichs-ritterschaft interuenien-
ten und hern Ernst Ludewigs landgrafens zu Hessen beklagens und interueniens*,
Gissae 1707. fol. Cuius auctorem ferunt P. H. K. Melioris fragis et maioris
ponderis autem est *die gründliche demonstration, daß dem fürstlichen haus Hessen
in und über den Buseckerthal die lands-fürstliche hohe obrigkeit zukomme*. Darm-
stadii 1723. fol. Cuius auctorem perhibent W. L. de M., qui liber priorem
longe antecedit, vi argumentorum. Adde quoque BVRC. GOTTH. STRAVII
corpus iuris publici cap. XXXII. §. 23. p. 1244. 1245. 10. CHR. LÜNIGII *biblio-
thecam deductionum* p. 143. et 10. FR. PFEFFINGER. tom. IV. *Vitriarii illu-
strati* p. 202.

Fama est, virum, qui munus professoris ordinarii Gissae obtinere non po-
tuit, ex odio litem hanc mouisse landgrauio, difficillimam.

Interea certum est, quod Buseckii iam inde ab anno 1332. vassalli fuerint Has-
siae, teste 10. CHR. LÜNIGIO in *corpore iuris feudalis* tomo II. col. 1674. vbi
litteras eorum clientelares exhibet, nec non col. 1686. 1690. 1691. 1694. 19. 1702. 19.
Plura dabit idem in *reichs-archiv* parte specialii, continuatione III. *unter der
Rheinischen ritterschaft* p. 163. 181. Argumenta vtriusque partis, hic recensere
vix operae pretium videtur; praesertim, quomodo Carolus VI. imperator die 19.
Ianuarii anno 1725. rem ita secundum landgrauium decidit, vt hic Buseckios
nomine caesaris, in futurum inuelleret, hi vero parerent landgrauio, ac, quae
pactio anno 1576. postulare, fideliter obseruarent. Exhibet hanc LÜNIG
l. c. tomo IX. p. 929. 199. argumenta huius controuersiae refert CHRIST.
HERM. SCHWEDER in *theatro praerensionum* tomo II. p. 207. 218.

§. CXIX.

Nobilitas immediata, in praediis nobilium in Hanoica pro-
uincia et Wetterauia, quae Hassiae paret, sitis, executionem
sententiarum sibi arrogauit. Sed irrito plane conatu et abs-
que vlla iuris specie.

I. Id quod demonstrauit dn. 10. VLR. CRAMER in *oratione de executione,
quam nobilitas immediata in territoriis statuum sibi vindicat* p. 28. 199. Adi quo-

que dn. GEORG. MELCH. DE LVDOLF. tomo I. *symplorematis consultatio- num et decisionum forensium*, Symphor. III. n. 8. p. 242. sqq.

II. De iurisdictione in praedia nobilium immediatorum, quae in prouincia Hanoica hi possident, agit libellus, qui vocatur: *genuina deductio in causa Friedrichs Adolphs von Flaxthausen contra Hanau-Müntzenberg*, anno 1712. fol. Adde die *untersuchung der frage: ob die herren von Hanau mit den von Carben in verglichung zu stellen?* sectione II. §. 23. p. 140. sq. in primis vero die *kurzte nachrichte, was es mit dem rescripts-proceß am reichs-bofrath von 1705. zwischen der mittel-rheinischen ritte-schaft und dem hauss Hanau-Müntzenberg vor eine bewandnis habe?* anno 1730. fol.

III. Praeterea notandum, vasallos Hassiacos etiam domui Saxonicae in euentum fidem praestare debere, vt patet ex formula sacramenti, *dem eyd der Hessischen vasallen*, quod typis excusum legitur apud IO. CHRIST. LÜNIG. in *corpore iuris feudalis* tom. II. col. 1713. et in *collectione noua von der mittelba- wen ritterschaft* tomo II. col. 803. Adde IO. NIC. HERT *de subiectione ter- ritoriali* §. 18. p. 392.

IV. Denique scias, quod cuncti vasalli Hassiae landgrauiorum fuerint subditi, atque in conuentibus prouincialibus comparuerint, prout manifestum fit e dn. PRAESIDIS *originibus iuris publici Hassiaci* p. 88. et e *specimine iuris publici Hassiaci* p. 50.

V. De illis, quos eximunt Hassiae landgrauii iam non dispiciam. Nomi- nat eos auctor *des teutschen reichs-staats* col. 1662. et 1666.

CAPVT XVI.

DE FEVDIS ET ALLODIIS LANDGRA- VIORVM HASSIAE.

CONSPECTVS CAPITIS XVI.

- §. CXX. **D**E Hassia feudo impe-
rii, reichs-samt-le-
ben. De clausula: das
Buseckerthal. De simultanea in-
uestitura Saxonica.
- §. CXXI. Hersfeldia et Gellinga sunt
feuda imperii domus Cassellanat.
De situ Gellingae.
- §. CXXII. De feudis imperii Hanoi-
cis Müntzenbergicis.
- §. CXXIII. De titulis variis, ex qui-
bus serenissimus Wilhelmus in Ha-
nouia successit. Recensio regionum,
in primis loci des frey-gerichts.
De hoc et Babenbusa controuersiae.
- §. CXXIV. De feudis imperii Ha-
noicorum Lichtenbergicis.
- §. CXXV. Quatenam Hassiae landgra-
uii, ab aliis proceribus feudis lege
accipiant.
- §. CXXVI.

§. CXXVI. Inter Hanoicas Müntzen-
bergicas ditiones, varia vario-
rum feuda sunt.

§. CXXVII. De comitatu Schaum-

burgico, allodio. Idem erat Hassia.
§. CXXVIII. De comitibus et dyna-
stis, Hassiae vasallis.

§. CXX.

IMPERATOR augustus serenissimis Hassiae landgraviis iure
clientelari, concedit landgraviatum Hassiae.

I. Sunt igitur feuda imperii: 1) die landgraffschaft und fürstenthum Hessen mit ihren landen und leuten &c., zöllen, geleiten, obern und niedern gerichtren, dem bann über das blut zu richten &c., eigenschaften, stiftern, clöstern, vogteyen, obern und niedern mannen, lebenschaften, geistlichen und weltlichen, ertzen, bergwercken, erb-ämtern; 2) die graffschaft Waldeck, 3) die brüderschaft mit den landen Sachsen, Hessen, Thüringen und Meissen; 4) der zoll zu St. Goar, 5) zween alte torras am zoll zu Boppard, 6) das dorf Crumstatt, 7) das schloß Epstein halb, 8) das landgericht zu Mechtelhausen, 9) das rheinsfabren zu Weissenau, 10) der burgliche bau und statrecht zu Rüsselsheim, 11) die zoll-freyheit auf dem Rhein, 12) die gerechtigkeit am schloß Calschmitt, 13) die vogtey und das geleit zu Wetzlar, und zugehör, 14) Ritzberg, statt, schloß und graffschaft, als der landgrafen altes eigentum, 15) das weggeld zu Butzbach, &c. Confer dn. PRAESIDIS origines iuris publici Hassiaci p. 64. et 70.

II. Praeterea cautum est, sententia caesaris, anno 1725. die 19. ianuarii, lata, vt in posterum litteris Hassiae clientelaribus dem haupt-leben-brief, inferatur das bussecker-thal cum annexis.

III. Quae circa renouanda imperii feuda obseruandum sit ab vtroque landgrauio patet e §. XLI. schol. 1.

IV. In litteris clientelaribus electoris Saxonis, simultaneae inuestiturae et spei successiois in principatum Hassiae et comitatum Cattimelibocensem, ac quae huc pertinent, fit mentio.

§. CXXI.

Landgravius Castellanus iure clientelari accipit ab imperatore, principatum Hersfeldiae et praeposituram Gellingam.

I. Primus fuit Wilhelmus VI. landgravius, quem Ferdinandus III. caesar, die 26. augusti anno 1650. inaugurauit mit dem fürstenthum Hersfeld, vt sonant verba: mit allen und teglichen manschaften, herrschaften, der probstley Gellinggen, geistlichen und weltlichen lebenschaften, ertzen, bergwercken, &c. zierden, boben und niedern gerichtren, ämtern &c.

II. Praepositura Gellinga sita est in pago Gellinggen, non procul ab oppido Franckenhausen, quod est ditionis Schwarzburgicae Rudolstadtensis: Confer AHASV. FRITZSCH. tomo II. opuscularum parte IV. p. 372. et auctorem des teutschen reichs-staats col. 1106. §. CXXII.

§. CXXII.

Quae comites Hanouiae Münzenbergicae, titulo clientelae a caesare obtinuerint; ea loquuntur litterae clientelares, quas largitus est Carolus VI. imperator defuncto Ioanni Reinhardo, comiti Hanouiae, vltimo suae gentis Lichtenbergicae.

Legi, si placet eas in *der beschreibung der Hanau-Münzenbergischen lande* p. 45. 14.

§. CXXIII.

Serenissimus Wilhelmus, Hassiae landgravius, partim ex iure abauiae, Ameliae Elifabethae, vltimae gentis Hanoicae Münzenbergicae, partim ex pacto successorio, partim et titulo simultaneae inuestiturae, partim denique ex causa cessionis, in prouincia Hanoica successit.

I. Et quidem obtinuit ille: *die alt- und neu-stadt Hanau, das amt Bücherthal, amt Bornheimerberg, amt Windecken, amt Rodheim, amt Dorheim, amt Alzenhau, amt Biebergrund, amt Lohrbaupten, amt Ortenberg, amt Steinau, amt Seblüchter, amt Brandenstein, amt Münzenberg, amt Naumburg, amt Schwarzenfels, Assenheim, Rbieneck, die pfandschaft Gelnhäusen, et quae sunt alia. Das amt Babenhäusen, das frey-gericht vor dem berg Welmitzheim, so mit Chur-Mayntz gemeinschaftlich.* Equidem hoc sibi soli nunc competere, adfirmat Moguntinus, contradixit tamen Wilhelmus landgravius. De praefectura Babenhäusen his huic est cum Darmstadtinis, qui illam ad Lichtenbergicam portionem pertinere, aiunt.

II. *Das frey-gericht* complectitur sequentes vicos et pagos, nempe *Alzenau, Wasserlos, Kälberau, Michelbach, Heimbach, Hörstein, Weltzheim, Somborn, Albstadt, Altenmittlau, Neuses, Bernbach, Harbach.* Praeterea huc pertinent *Kabl, Dörstges, ditio Prieuschis, Meissenhaus, Trages, Hüttelges, Moerhof;* quae tria Hanoicae ditionis plane sunt. Porro huc spectat parochia Membris et in ea *Membris, Bricken, Stritzbach, Fronhofen, Rabach, Heimbach, Gunzenbach, Hohl, Rotengrund, Molckenberg, Angelsberg, Carlsberg, Wobskatt &c.*

III. Eum in finem haec loca enumeravi, quo quibus videat, magni momenti litem esse Wilhelmi landgrauii, cum electore moguntino. *Dörstges* comes, de Ingelheim iam possidet.

§. CXXIV.

Feuda imperii Hanoicorum Lichtenbergica, enumeravit diuus Iosephus imperator in litteris clientelaribus, quas anno 1000 v. II. concessit Philippo Reinhardo, comiti Hanoico.

I. Seruat eas IO. CHR. LÜNIG in *spicilegio seculari des reichs-archievis* p. 262. Alias litteras inuestiturae indulsit idem Iosephus eidem, quem dixi, comiti, l. c. p. 264. *über die geleits-strasse von Strassburg bis nach Brabant.* II. De

- II. De attentatis Gallorum, intuitu horum feudorum, euolue AHASV. FRITSCH. tom. I. *epusculorum* parte I. p. 546. Adde articul. XV. *pacis Ruywicensis*.
 III. Dynastia Lichtenberg in Alfatia, et oppidum Ingweiler, feuda Mentensia esse, perhibet CASP. KLOCK tomo II. *consilio* XV. p. 171. De dynastia Ochsenfein, feudo itidem Merensi, legas velim eundem l. c. *consil.* XIV. p. 167.

§. CXXV.

Haec de feudis imperii, ob quae Hassiae landgrauii, clientelae iure se obstringunt caesari. Iam paucis agendum foret de feudis, quae clientelae titulo, a proceribus imperii aliisque, obtinent. Verum orium heic fecit dn. PRAESES in *analectis Fuldensibus* p. 87. sq.

§. CXXVI.

Quae domui Hanoicae Münzenbergicae, iure beneficiario, ab aliis fuerint tributa, heic recensere non vacat.

I. Ex ditionibus, quas recensui, Hanoicis Münzenbergicis quaedam sunt feuda Bohemica, quaedam Moguntiaci, nonnulla Palatina, nonnulla Saxonica, quaedam Bambergensia, quaedam Wirceburgica, nonnulla Fuldensia, quaedam praepositurae Bambergensis, quaedam abbatis Iacobsbergensis. Litteras clientelares, si legere gestis, adi quaeso *die Beschreibung der Hanau-Münzenbergischen Lande* p. 161. sqq.

II. Quae de vico Schaafheim, feudo Palatino commentari iussit Io. Reinhardus comes Hanouiae, exhibet dn. GE. MELCH. DE LVDOLF parte II. appendicis p. 213-248. *de iure feminarum illustrium*.

§. CXXVII.

Allodii iure possident Hassiae Cassellanae landgrauii, comitatum Schaumburgicum.

I. Eodem titulo hunc comitatum, *als eine erb-graßschaft* possedit, Ernestus comes, postea princeps. Testatur id Ferdinandus II. caesar, in codicillis, quibus ei dignitatem principis, attribuit. Leguntur litterae caesareae, quas dixi, tomo IV. *electorum iuris publici* p. 43. ibi: *die alt-ritterliche Stamm- und erb-graßschaften Holstein und Schaumburg*. Allodium esse hunc comitatum, demonstrarunt adfessores camerae imperialis in literis ad imperatorem, quae inueniuntur tomo IV. *electorum iuris publici* p. 16. et diuus Carolus Hassiae landgravius p. 37-42. Quod reliquum est, illa, quae RVRC. GOTTH. STRVV *de allodiis imperii*, capite III. §. 39. p. 253. de aliis allodiis Hassiacis commemorat, iam sub incudem vocare non vacat.

II. Hassiam ipsam olim fuisse allodium, docuit dn. PRAESES, in *specimine iuris publici Hassiaci* p. 28. sq.

§. CXXVIII.

Ceterum non erit sine obseruatione dimittendum, quod Hassiae

Hassiae landgrauii, complures comites ac dynastas in clientelam receperint. Vt iam sileam, de plurimis equestris ordinis hominibus, quos beneficiis atque clientelis sibi obnoxios reddiderunt, landgrauii.

I. Pertinet hoc argumentum ad ius feudale Hassiacum, cuius plura capita passim pertractauit dn. PRAESES. Euius si placet dn. HENR. CHR. SENCKENBERGII *prodromum iuris feudalis* p. 79. §. 20.

II. Sat erit heic commemorasse, quod litterae clientelares Waldecciae principis legantur apud IO. CHR. LÜNIG. tomo II. *corporis iuris feudalis* col. 1751. Monumenta oblationis, anno 1438. factae, exhibuit IO. NIC. HERT *de feudis oblati* parte III. p. 579. sqq.

III. Rittbergensis comitatus est feudum Hassiae femineum, teste LÜNIGIO I. c. col. 1747.

IV. Comites Solmenfes in Braunfels, landgrauus Hassiae Cassellanus in clientelam recipit, ob dimidiam partem Hermansteinii. Vide dn. PRAESIDIS partem I. *der kleinen schriften* p. 110. De controuersia ipsorum cum domo Darmstadin, de qua §. LXXXV dixi, velim addas ea, quae collegit CHRIST. GOTTF. HOFMANN I. c. p. 302.

V. Wirgensteinii comitatus est feudum Hassiacum Darmstadinum, prout liquet e LÜNIGIO I. c. col. 1739.

VI. De Sainenibus comitibus, qui Fridewaldam beneficii iure, ab Hassiae landgrauis obtinuerunt, consuli ro eundem I. c. col. 1768.

VII. Anno 1512. comites Lippiaci Lipperod, Bracke et Varnhold, Hassiae landgrauis in feudum obtulerunt. Anno 1531. comites de Diepholt ob arcem Auburg, pagum Wagenfeld et Wagenfeldische Struth: anno 1531. comites Hoienses, ob tres domus Nienburg, Leuenau et Drackenburgh in clientelam Hassiacam, fuerunt recepti. Id quod docet I. N. HERT I. c. parte I. §. 16.


VIII. De Bentheimenibus comitibus, item Hohenloicis et Schwarzburgicis principibus, quod hi vasalli sint Hassiae, fidem sequor dn. IO. PETR. DE LVDEWIG tomo I. *opusculorum miscellorum* col. 706.

IX. Quae ratione principum quorundam, ob feuda Hersfeldensia, fuerint acta, refert LÜNIG I. c. col. 1759. et in *specilegii ecclesiastici continuatione* tomo XIX. *des reichs-archiuis* p. 1063-1066. Comites de Werthern, ianiores imperii, esse vasallos Hersfeldenses intuitu Colledae et muneris sculteri, ibidem, administrandi, aliorumque, constat e *corpore iuris feudalis Lünigian* tomo II. col. 1763.



Kur: Ka 31935







Ks 2442 b

ULB Halle
003 788 849 3


Sb







g.

DISSERTATIO
INAUGURALIS IURIDICA
SISTENS
IVS PVBLICVM HASSIACVM
HODIERNVM

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
WILHELMO HENRICO
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
WESTPHALIAE COMITE SAYNAE ET WITTGEN-
STEINII RELIQVA

PRAESIDE
DN. IO. GEORGIO ESTOR
CONSILIARIO AVLICO PROF. IURIS ORDIN. TRIBVNALIS SERENISS.
SAXONIAE DVCEM QVOD IENAE EST FACVLT. ICTORVM
ITEMQVE SCABIN. COLLEGII ADSESSORE
PATRONO AC PRAECEPTORE PIE COLENDO
PRO GRADV DOCTORIS

D. NOV. A. O. R. MDCCCXXXIX.
H. L. Q. C.

ERVEDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

A V C T O R

IO. PHILIPPVS HAGEMANN
ADVOCAT. ORDIN. SCHWARZB. RVDOLSTAD.

IENAE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI.